


BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LI
H
23-BIS
NAPOLI

CORPVS
BYZANTINÆ
HISTORIÆ.

DE

BYZANTINÆ HISTORIÆ SCRIPTORIBVS,

SVB FELICISSIMIS

LVDOVICI XIV.

FRANCORVM AC NAVARRÆORVM

REGIS CHRISTIANISSIMI

AVSPICIIS

Publicam in lucem e LVPARÆA TYPOGRAPHIA emittendis:

AD OMNES PER ORBEM ERVDITOS

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΝ.

Proponente PHILIPPO LABBE *Biturico, Soc.* IESV *Sacerdote.*



PARISIIS,

E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. XLVIII.



HISTORIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ CVRIOSIS INDAGATORIBVS

S. P.



YZANTINAM *Historiam, multitudine rerum mirabilem, varietate iucundam, diuturnitate temporis spectabilem, ac Veteri* ROMANÆ *tantumnon parem, vt amant, coluntque studiosi omnes; ita libros quibus illa continetur, auide ambiunt exoptantque. Sed frustra iamdudum illos vacui fere omnes Bibliothecarum foruli expectant. Cum enim maxima pars nobilium illorum Historicorum cum blattis adhuc tineisque luctetur in puluere & situ Manuscriptorum Codicum; qui vero hactenus publicati sunt, vel Latine tantum, vel Græce tantum apparuerint, & si qui Græce simul ac Latine excusi sunt, dispari admodum forma, charactere dissimili, diuersis dissitisque a se inuicem locis temporibusque prodierint; inde factum est magno litterarum incommodo, dicam & litteratorum damno, in tanta penuria, quæque indidem orta est, talium mercium caritate maxima, vt beatus ille merito censendus sit, non qui omnes, sed qui quamplurimos, eosque deformes ac mancos, quouis pretio, summaque diligentia potuerit sibi comparare. Eam ob causam, pluresque alias, quas quiuis facile coniicere poterit, cum* REGIIS TYPIS, *eademque omnino voluminis forma, omnes, quotquot vspiam gentium hactenus editi sunt, & in Bibliothecis* VATICANA, REGIA, BARBERINA, MAZARINA, SEGVIERIANA, MEMMIANA, THVANA, PVTEANA, PETAVIANA, COLLEGII PARISIENSIS SOCIETATIS IESV, *aliisque quamplurimis priuatis publicisque nostro doctorumque virorum studio reperiri potuerunt, publicam in lucem emittere decreuerimus, nobisque qua-*

dam etiamnum desint ad perfectam omnique ex parte absolutam BYZANTINÆ HISTORIÆ *editionem, operapretium visum fuit breuem consilij nostri, atque apparatus indiculum texere, neque tantum* EXCERPTIS LEGATIONVM, VETERVM HISTORICORVM ECLOGIS, THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ HISTORIARVM LIBRIS OCTO, AC NICEPHORI CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ BREVIARIO CHRONICO *(quæ omnia vno simul volumine compacta, ac variis Eruditorum Virorum Annotationibus Obseruationibusque de nouo illustrata, modo prodeunt in publicum) veluti Galeatum quemdam Prologum præfigere, sed etiam seorsim vulgare, ac vndequaque, per vniuersam maxime Europam, Orbemque Christianum dispergere, vt qui in dissitis a Gallia Regnis remotisque prouinciis habitant, neque facile res nostras conatusque rescire possunt, hoc veluti dato signo intelligant, quos ad hanc vsque diem* CONSTANTINOPOLITANÆ HISTORIÆ *Scriptores* LVPARÆIS *characteribus ediderimus, quos sub prælo habeamus, quosque propitio Numine, & aspirantibus fauore suo atque humanitate bonis omnibus, emissuri deinceps simus. Agite dum, viri per orbem vniuersum litterati, litterarumque amantes ac gloriæ, expromite quidquid apud vos latet* ἐν κειμηλίοις, *excutite pluteos Bibliothecarum, angulos scrutamini, musæa circumspicite, amicos familiaresque vestros monete, vrgete, impellite: & si forte quid ad institutum nostrum accommodatum nacti estis, aut mittite illico, si tam propensa in vobis efflorescit humanitas, ac de litteris bene merendi voluntas, aut saltem scriptis in hanc vrbem litteris ad* Sebastianum Cramoisy *Architypographum Regium, & Typographiæ Regiæ Curatorem, aliosve vobis notos ac familiares, consilij vestri liberalitatisque rationem significate. Hoc enim possumus polliceri tanti beneficij benefactique memoriam,* REGIIS TYPIS *expressam, toto orbe vulgandam, & apud posteros omnes, quouis marmore atque ære perennius duraturam. Neque enim permittemus vnquam, vt vllius nomen obliuioni detur, qui laudabiles conatus nostros, totique reipublicæ litterariæ perhonorificos iuxta ac salutares promouere vel leuiter tentauerit. Valete.*

Lutetiæ Parisiorum, e Collegio Claromontano
Societatis IESV, Kalendis Ianuariis anni Æræ
Christianæ M. DC. XLVIII.

Omnium seruus in Christo obsequentissimus
PHILIPPVS LABBE *Soc.* IESV.

CATALOGVS SCRIPTORVM HISTORIÆ BYZANTINÆ,

QVI HACTENVS DEPREHENDI POTVERVNT:

seruato vtcumque temporis, quo vixerunt, scripseruntve, ordine.

I.

PRIMVM in hac Collectione locum damus EXCERPTIS variorum Scriptorum DE LEGATIONIBVS, quæ Augustæ Vindelicorum anno 1603. Græce duntaxat prodierunt opera *Dauidis Hoeschely*, sequentiumque Auctorum continent Fragmenta: Vixerunt fere hi omnes ante annum 550

I. DEXIPPI ATHENIENSIS, e codicibus MSS. *Boico*, & *R. P. Andreæ Schotti* Societatis IESV. Sub Aureliano Imp.

II. EVNAPII SARDIANI, ex iisdem codicibus. Sub Honorio & Arcadio.

III. PETRI PATRICII & Magistri, ex iisdem, cum quodam alio Fragmento ex solo codice *Schotti*. Sub Iustiniano.

IV. PRISCI PANITÆ Rhetoris, ex iisdem, cum Fragmento ex Historia Gothica, quod solus habuit *Schotti* codex. Sub Theodosio iuniore.

V. MALCHI PHILADELPHIENSIS, ex codice *Schotti*. Sub Anastasio.

Eiusdem alia, ex iisdem.

VI. MENANDRI PROTECTORIS, ex iisdem. Sub Mauricio.

Latine EXCERPTA illa reddidit, Notisque illustrata *Carolus Cantoclarus* Libellorum supplicum Magister Parisiis edidit anno 1609.

Nunc vero in noua hac editione, quam felicissimis auspiciis ineunte hoc anno 1648. Græce simul ac Latine cum Notis *Henrici Valesij* IC. eruditissimi publicamus eadem forma, iisdemque characteribus Regiis, quibus in exprimendis percelebri Ioannis Cantacuzeni Historia, Georgij Cedreni Annalium Compendio, & Nicetæ Acominati Choniatæ Historia vsi sumus, addita sunt ex codice *Andreæ Schotti* Soc. IESV, quæ THEOPHYLACTVS SIMOCATTA de iis scripserat, hactenus cum aliis inedita. Sub Heraclio.

P. Philippus Labbe Societatis IESV Excerptis variorum de Legationibus subiecit cum suis Animaduersionibus Notisque Historicis breues aliquot ECLOGAS veterum Historicorum DE REBVS BYZANTINIS, quorum scripta integra, aut omnino iniuria temporum interciderunt, aut pluribus aliis referta sunt, quæ ad CONSTANTINOPOLITANAM HISTORIAM non pertinent.

I. OLYMPIODORI Excerpta a Consulatu Honorii Imp. VII. ad Valentiniani III. Consulatum alterum: ex *Photii* Bibliothecæ cod. LXXX. Interprete *R. P. Andrea Schotto* Societatis IESV. Sub Theod. Iuniore.

II. CANDIDI ISAVRI ab initio siue electione Leonis Augusti vsque ad generi eius Zenonis Isauri Imperatoris obitum: ex eadem *Photii* Bibliotheca, cod. LXXIX. eodemque interprete. Sub Anastasio.

III. THEOPHANIS BYZANTII de bello Iustini iunioris Augusti, magni illius Iustiniani Imperatoris ex sorore Vigilantia nepotis, aduersus Persas: ex eiusdem *Photii* cod. LXIV. Interprete eodem.

IV. HESYCHII MILESII VIRI ILLVSTRIS de rebus Patriis Constantinopoleos τὰ σωζόμενα quæ ex eiusdem scriptoris libro V. aut VI. Historiæ Romanæ atque Omnigenæ videntur fuisse delibata: Interprete *Ioanne Meursio*, qui etiam Notas adiecit.

V. SVIDÆ Lexicographi Excerpta de Imperatoribus Orientis, aliisque ad Constantinopolitanam Historiam spectantibus: Interprete *Æmilio Porto*, cui iam in plerisque præiuerat *Hieronymus Wolfius*.

II.

PROCOPIVS CÆSARIENSIS Rhetor sequitur ætate proximus, nisi forte quis Zosimum Comitem, Theodorum Anagnosten, aliosque præponendos censeat PROCOPIO. Huius octo priores libros, hoc est, de Bellis Persico, Vandalico, atque Gothico, cum opere de Vixit circa an. 560. sub Iustiniano.

Ædificiis Iustiniani Imperatoris Græce duntaxat edidit Augustæ Vindelicorum anno 1607. *David Hoeschelius*: Nonum vero librum, quo eiusdem Arcana Historia continetur, Græco-latinum cum prolixissimis Notis Romæ euulgauit anno 1623. *Nicolaus Alemannus*.

Quod si quis forte, dum in aliis edendis Scriptoribus tantisper occupamur, nouam omnium librorum PROCOPII versionem adornare per otium voluerit, aut ad Græcum textum veterem *Raphaelis Volaterrani* & *Christophori Persona*, aliorumque interpretationem recensere, aut de suo Notas adiicere, variasve lectiones subministrare, aut quouis alio modo Regiam editionem iuuare, vel locupletare possit, is rem oppido gratissimam fecerit, si quamcitissime poterit, scriptis ad nos, aliosve Lutetiæ Parisiorum commorantes, literis, mentem suam, propensamque ad promouenda studia voluntatem aperiat.

CHRISTIANISSIMI REGIS Bibliotheca vere Regia inter cætera venerandæ Antiquitatis monumenta vna cum opere Procopii de Ædificiis Iustiniani conseruat eiusdem scriptoris de rebus Gothicis libros quatuor MSS. optimæ notæ, quos audio a Viro Clarissimo *Hugone Grotio* Latinitate fuisse donatos.

In locupletissima quoque Eminentissimi Cardinalis IVLII MAZARINI Bibliotheca extat PROCOPII eiusdem de Ædificiis Iustiniani codex Græcus M S. cuius vsum Vir clariss. *Gabriel Naudæus* pollicetur iis, qui Wechelianam anni 1537. Basileensem, aliasque editiones cum Græco textu comparare voluerint.

Missus est etiam ante paucos dies Tolosa ad Illustrissimum D. PETRVM SEGVIERIVM Franciæ Cancellarium huius Procopij Tractatus de iisdem Constantinopolitanis Ædificiis eleganti manu descriptus, cui ad maiorem Regiæ Editionis perfectionem accedet amplissimus omnium quotquot per Europam esse noscuntur Cod. MS. depromptus ex Bibliotheca Illustrissimi ac Reuerendissimi D. CAROLI DE MONCHAL Archiepiscopi Tolosani.

Ecce autem, dum hisce denuo refingendis operam nauo, datis Tolosa literis certior factus sum *R. P. N. Maltrait* Societatis IESV, integram omnium Procopii operum, exceptis Anecdotis, interpretationem aggressum esse, & in eam toto pectore studiisque incumbere.

III.

Vixit circa an. 566. sub Iustino II.

AGATHIAM MYRINENSEM Scholasticum, qui de Imperio & rebus gestis Iustiniani quinque libros conscripsit, tertio loco collocamus. Is Lugduni Batauorum anno 1594. prodiit, ex recensione *Bonauentura Vulcanij*. Illi, vt opinor, vix quicquam deest, quominus quamprimum excudi possit.

IV.

Vixit sub Heraclio an. 612.

THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ Historiam, Mauricij Imperatoris res gestas libris octo complexam, hoc ineunte anno 1648. Græco-latine emittimus, iuxta editionem Ingolstadiensem anni 1604. a *R. P. Iacobo Pontano* Societatis IESV, cum versione Notisque procuratam: cui nunc a se recognitæ *Carolus Annibal Fabrotus* IC. multiplici eruditione celeberrimus Glossarium adiecit.

EVAGRIO suus locus non fuisset in hoc Catalogo denegandus a nobis, si non animus esset post Byzantinæ Historiæ corpus absolutum, Typis itidem Regiis subiicere *Eusebii Cæsariensis*, *Socratis*, *Sozomeni*, *Theodoreti*, *Philostorgii*, *Theodori lectoris*, *Euagrii*, *Petri Siculi*, aliorumque, quæcumque ad Ecclesiasticam Historiam Græcorum spectare deprehendentur, & duobus tribusve tomis, cum variis *P. Philippi Labbe* Soc. IESV Sacerdotis emendationibus & obseruationibus publicam in lucem emittere.

V.

Auctor ille vixit circa annum 614.

CHRONICVM ALEXANDRINVM, seu Fastos Siculos Monachij anno 1615. edidit Græco-latine *R. P. Matthæus Raderus* Societatis IESV, cum Annotationibus aliquot, quas in aliis rebus occupatus absoluere non potuit. Si qua in re quis editionem LVPARÆAM iuuare possit, mature moneat, vt vigiliarum ipsius ratio aliqua haberi possit. Quam Spartam, quia nemo sibi hactenus vindicare voluit, ne quid a nobis merito desiderari possit, tanquam vacuam relictamque possessionem adibit *P. Philippus Labbe* Societatis IESV, Notasque vberiores, quæ ad eius Chronici intelligentiam necessariæ omnino videntur, Raderianis adiiciet.

Iis iam publicatis, accepimus Madriti apud Reuerendissimum Abbatem *De Farina* Siculum REGI CATHOLICO ab Oratorio reperiri vetustissimum ac emendatissimum exemplar Alexandrini Chronici: Quod si illud ad nos huc mittere velit, aut varias Lectiones atque obseruationes suas suggerere, plurimam ab eruditis omnibus inibit gratiam, neque quicquam ipsi peribit illius gloriæ, quam ex huius scriptoris emendatissima editione consequi poterit.

INCERTI quoque Epitomen temporum ab orbe condito vsque ad an. 20. Heraclii Imp. cum Consulatibus & Indictionibus deductam in SCORIACENSI BIBLIOTHECA delitescere

per-

perhibent. Verum magna mihi suspicio est, aut ipsum esse Alexandrinum, quod dicitur, Chronicon, aut delibatum ex eo Compendium: falsam certe arbitror Marcellini aut Hippolyti, quam adiungunt, Epigraphen.

VI.

GEORGIVS MONACHVS, Tarasij Patriarchæ SYNCELLVS, scripsit Excerpta Chronographica a primo rerum ortu ad Maximianum & Maximinum tyrannos, hactenus inedita. Græcum textum toties alias a Iosepho Scaligero, vt patet ex eius epistolis, expetitum, e codice MS. BIBLIOTHECÆ REGIÆ a Clarissimis *Puteanis* fratribus humanissime communicatum exhibebimus, collatum cum pluribus aliis MSS. Bibliothecæ MAZARINÆ, quorum copiam fecit pro sua singulari comitate Vir doctissimus *Gabriel Naudæus*, eoque præcipue apographo, quod ex codice VATICANO descriptum Eminentissimus Cardinalis FRANCISCVS BARBERINVS opera *Lucæ Holsteny* Viri clariss. Roma mittendum curauit. Interpretationem vero eam adhibebimus, quam alias a *Ioanne Baptista Hautino* Consiliario Regio elaboratam *Ioannes Baptista Hautinus* filius eius in Præfectura Parisiensi Consiliarius recensuit.

Scribebat anno 792.

R. P. Dionysius Petauius Societ. IESV, quæ cum in SYNCELLO hoc, tum in eius continuatore THEOPHANE, ad doctrinam Temporum spectant, & tanto Vindice digna videbuntur, fusius explanabit: ex eadem vero Societate *P. Philippus Labbe* eandem editionem conferet cum duobus codicibus MSS. & si quid obseruatu dignum occurrerit, publicæ luci non inuidebit.

VII.

THEOPHANIS Confessoris, & Monachorum Agri Præfecti Historia, seu continuatio Chronici Syncelliani, a Constantini Magni Imperio vsque ad Nicephori Logothetæ mortem, & initia Michaelis Rancabe, eiusque filii Theophylacti, necdum etiam vsquam fuit edita. Græcum textum iidem communicauerunt *Puteani* fratres ex ditissimo penu BIBLIOTHECÆ REGIÆ, collatum postea cum apographo codicis VATICANI, quod a *Io. Iacobo Buccardo* Latine olim redditum, variisque lectionibus illustratum, iussu Eminent. Cardinalis FRANCISCI BARBERINI, cum ANASTASII BIBLIOTHECARII Historia Ecclesiastica, misit *Lucas Holstenius*, qui eamdem summa cura ex codice Cassinensi descripsit. Quia vero & in pluribus manca est, & sui sæculi barbarie fœdata hæc Theophanis ab Anastasio suscepta interpretatio (quam Regiis formis excusam vna cum Vitis Pontificum Romanorum eiusdem Anastasii opera conscriptis, & Moguntiæ primum anno 1602. editis, hoc pariter ineunte anno 1648. publicamus) Latinam aliam ac limatiorem eiusdem eruditorum omnium votis exoptati Chronici versionem pollicemur, quam a supra laudato *Hautino* Senatore Regio adsectam Filius eius recensuit.

Viuebat etiam post an. Christi 810.

Vixit Anast. Bibl. sub Nicolao Primo.

Idem quoque *Philippus Labbe* Societ. IESV Regiam hanc editionem, cum duobus codicibus calamo exaratis componet, & si quid inde nota dignum excerpserit, coniiciet in Indiculum variarum lectionum.

De Leontio, vt quidam vocant, Byzantino, Leone Grammatico, &, si qui alij perhibentur extare, THEOPHANIS Historiæ continuatoribus, cum tempora, quibus floruerunt, nobis aut incomperta fuerint, aut saltem obscura, distulimus obseruationes nostras in finem huiusce Indicis, ne temporum seriem interrumpere cogeremur.

VIII.

S. NICEPHORI Patriarchæ Constantinopolitani Breuiarium Historicum de rebus gestis ab obitu Mauricij ad Constantinum vsque Copronymum huius anni 1648. fœlicibus initiis publicamus, cum versione & Notis Chronologicis *R. P. Dionysij Petauij* e Societate IESV, qui editionem anni 1616. secundis curis locupletauit.

Obiit circa annum 828.

IX.

GEORGII CEDRENI Monachi Compendium Historiarum, ab initio mundi vsque ad Isaacij Comneni tempora, & annum Christi 1057. ex versione *Guillelmi Xylandri*, cum eiusdem Annotationibus, anno præcedenti duobus Tomis publici iuris fecimus. Accesserunt Regiæ editioni, præter lacunas tres ingentes & alias expletas, Notæ in Cedrenum *R. P. Iacobi Goar* Ordinis Prædicatorum, & *Caroli Annibalis Fabroti* IC. Glossarium ad eundem Cedrenum.

Quo vixerit tempore nondum certo scimus, neque enim probabile est vixisse sub Isacio Comneno.

Γεωργίου τοῦ Κεδρηνοῦ Χρονογράφου meminit Zonaras, seu Glycas, aut quis alius Epistola 56. apud Leonem Allatium in dissertatione altera de libris Ecclesiasticis Græcorum pag. 324. editionis

Parisiensis. At nos Zonaræ, vt paullo post insinuabimus, tantum 46. habemus Epistolas, & iusta suspicio est Zonaræ lucubrationibus Epistolicis additas fuisse alterius cuiuspiam Glycæ nostro recentioris aliquot Epistolas. Qui enim fieri potuit, vt de Cedreno ne verbum quidem fecerit in Annalibus suis Glycas, qui Ioannem Scylitzam, Ioannemque Zonaram tam sæpe appellat.

X.

Hanc ante Glycam vixisse scimus, & Pselli æqualem peruenisse vsque ad Imperium Alexij Comneni.

IOANNIS SCYLITZÆ CVROPALATÆ Excerpta ex Breuiario Historico, excipientia vbi Cedrenus desinit, id est a Calend. Septembribus anni Christianæ Epochæ 1057. Indictione ineunte vndecima, ad annum eiusdem sæculi 81. & Alexij Comneni factam Calend. Aprilis Magna Feria v. Indictione 4. anni Mundani ex calculo Græcorum 6589. inaugurationem, iam ab anno vulgata sunt, & Cedreni compendio Historico subiecta. Græcum textum ex codice MS. BIBLIOTH. REGIÆ desumptum exhibuimus cum castigata versione *Ioannis Baptistæ Gabij*, & Notis *R. P. Iacobi Goar*. Quis vero fuerit ille *Ioannes*, quem Plagiarium appellant, (cum potius eius scripta, non secus atque Georgii Syncelli, Theophanis, multorumque aliorum, Cedrenus Monachus, quemadmodum in Annalium suorum præfatione, ex eodem nostro Scylitza pene ad verbum emendicata, ipsemet monuit, paucis subinde recisis additisve, expilauerit) fortean certius alias docebimus.

XI.

Viuebat anno 1140.

MICHAELIS GLYCÆ Annales quadripartitos a primordiis orbis vniuersi ad obitum vsque Alexij Comneni, annumque Christi vulgatem 1118. (in quibus præter Historiam, Physica, ac Theologica plurima continentur) Latine duntaxat Basileæ anno 1572. editos habemus in manibus, cura & studio *Ioannis Leunclauij*, qui & Glycanorum Annalium proprio marte Appendicem, siue supplementum subtexuit, a Ioanne Comneno Alexij filio ac successore, vsque ad Imperij Byzantini euersionem. Græce autem nusquam fuerunt hactenus editi. *P. Philippus Labbe* Societatis IESV Sacerdos suam in illum Auctorem operam pollicetur, Græcamque dictionem hactenus desideratam exhibebit ab initio mundi vsque ad Zenonis Leonis generi tempora, & Occidentalis Imperij sub Romulo siue Augustulo ruinam: hoc est tres priores partes integras, expletis aliquot Latinæ versionis lacunis subministrabit, quartamque superaddet, sed sine mutilam, vsus gemino codice MS. quorum alter carie confectus, ac per singulas ferme paginas detritus, alter manu non ineleganti descriptus: vterque vero sub finem definit in breuem synopsin sex priorum generalium Synodorum, vterque indicem Imperatorum a Constantino Magno ad Ioannem Comnenum perductum quartæ parti præfigit. Fuit & nonnemo, qui nobis spem alias fecit cuiusdam codicis, quem tertiam ferme eiusdem Auctoris partem continere affirmabat. Vtinam ea contineat quæ *Labbeanis* codicibus desunt: Aliunde quoque nonnihil subsidij a sedulis indagatoribus expectamus. Certe iam didicimus in Bibliothecis Bauarica, Augustana, & Romana B. Mariæ, Sanctique Gregorii in Vallicella, sub finem superioris sæculi extitisse MSS. Glycæ nostri Annales. Sin minus, non desinemus suo tempore vulgare, quem nacti fuimus, thesaurum, licet non vsqoequaque omnibus suis numeris absolutum.

An vero idem sit Siculus iste Glycas cum Σικελιώτῃ διδασκάλῳ, cuius mentio fit in proœmiis Ioannis Scylitzæ atque Cedreni, vt vir magnus existimauit, fusius disputabit idem *P. Philippus Labbe* in singulari Syntagmate, quod breui publicabit, de Ætate & scriptis nobilium ignobiliumque Historicorum, editorum & ineditorum, qui res Byzantinas litteris sunt prosequuti.

XII.

Viuebat circa annũ 1120. & sequentes, & citatur a Glyca, vt diximus.

IOANNIS ZONARÆ, ex Drungario & Primo a secretis Monachi doctissimi, Historia vniuersalis ab origine rerum vsque ad annum 1118. quo Alexius Comnenus obiit, Græcolatine in tres tomos scu partes distributa Basileæ prodiit anno 1557. cum versione & Notis *Hieronymi Vuolfij Oettingensis*. Nos eandem Regiis typis breui subiiciemus denuo collatam cum pluribus MSS. codicibus BIBLIOTH. REGIÆ necnon Eminentissimi Cardinalis IVLII MAZARINI, & aliarum, studio *R. P. Iacobi Goar* Ordinis Prædicatorum, qui *Vuolfij* castigatione fideliorem reddet versionem, & Notas solitamque diligentiam non denegabit.

Suam hic quoque symbolam conferet *P. Philippus Labbe*, in comparanda tertia parte, quæ sola Byzantinam describit Historiam, cum Græco MS. Bibliothecæ Claromontanæ, in qua etiam, non secus ac in REGIA, habentur eiusdem IOANNIS ZONARÆ epistolæ 46. cum quibusdam aliis ad Mathematicas disciplinas spectantibus.

XIII.

Vixit post obitum patris, imperante Calo-Ioanne fratre. Eius meminit Zonaras.

ANNÆ COMNENÆ Alexiados, siue de rebus gestis patris sui Alexij Comneni Imperatoris Fragmenta quædam Augustæ Vindelicorum anno 1610. edita sunt: hoc est ex libris

quindecim octo duntaxat, iique, vt obseruauit editor accuratissimus *Dauid Hoeschelius*, bene laennati. At Regiis typis excusa prodibit integra Historia, ex codice MS. quem ex Florentino Serenissimi Hetruriæ Magni Ducis FERDINANDI II. optimæ notæ libro maximam partem descriptum Roma misit iussu Eminent. Cardinalis FR. BARBERINI *Lucas Holstenius*. Interpretationem Latinam parat interim Tolosæ *R. P. Petrus Possinus* Societatis IESV, Notisque præterea suis ac Glossario illustrabit.

XIV.

IOANNEM SINNAMVM Regium Grammaticum Alexiados Commenianæ continuatorem, hactenus vix de nomine notum, debemus codici, quem ex Vaticano 359. descriptum idem Eminent. Cardinalis Roma submisit. Expectamus ab eodem *P. Possino* versionem, Notasque. Hic vero post breue compendium de rebus gestis Ioannis Comneni, qui vulgo Caloioannes dicitur, fuse libro secundo prosequitur vitam & res gestas Manuelis Comneni qui anno 1143. patri successit vsque ad annum 1180. quo 24. Septembris indutus primum Monastico habitu, assumptoque Matthæi nomine, filium impuberem successorem habuit ad tres ferme annos. Mortuo Manuele, sub quo militauerat, animum ad scribendum appulisse videtur circa initia Alexii Imp. *αὐτόθι ποῦ*, vt ex eius Prologo liquet: ex fine enim, qui desideratur in MS. eodice, nihil explorati de eius ætate ac scriptis colligi potest. Scripsit paullo post an. 1180.

XV.

CONSTANTINVS MANASSES, qui Politicis versibus Historiam a mundi conditu ad Imperatoris Alexii Comneni initia, hoc est annum 1081. pertexuit, hoc etiam ineunte anno 1648. e Regia Typographia emittetur, exactus quidem ad editionem Lugduno-Batauam *Ioannis Meursii* anni 1616. sed facta prius Græci textus collatione cum pluribus BIBLIOTH. REGIÆ MSS. cura *Caroli Annibalis Fabroti* IC. doctissimi, additisque variis lectionibus communicatis a V. C. *Leone Allatio* de sua Græcia, atque adeo vniuersa re litteraria optime merito. Vixit circa an. 1150 sub Man. Comneno.

XVI.

Hic vero locus dandus esset Historiæ Politicæ IOANNIS TZETZÆ Isaacii fratris, qui vixisse dicitur circa annum 1160. si plora ad Byzantinam Historiam spectantia versibus suis inseruisset, aut, quæ inseruit, essent e multis selecta.

XVII.

NICETÆ ACOMINATI CHONIATÆ Annales, qui ab obitu Imp. Alexii Comneni, hoc est ab anno 1118. ad annum vsque 1204. & captam a Francis Constantinopolim, libris vno ac viginti res in Oriente gestas continent, cum versione & Notis *Hieronymi Wolfii*, iam ab aliquot mensibus editi sunt, a *Carolo Annib. Fabroto* IC. collati cum variis codicibus calamo exaratis, additoque insuper Glossario. Vixit post an. 1204 Græcis tantum.

XVIII.

GEORGII, quem alii forte rectius Ioannem appellitant, LOGOTHETÆ ACROPOLITÆ Chronicon Constantinopolitanum ab anno 1204. quo Nicetas Choniates desinit, ad annum 1261. quo a Michaele Palæologo vltimus Francorum Imperatorum Regia vrbe expulsus est iunior Balduinus, Græce Latineque editum vidimus Lugduni Batauorum anno 1614. ex Biblioth. & versione *Theodori Douzæ*, qui etiam Notas addidit, in Geneuensi anni sequentis editione nescio quo fato prætermissas. Nos vero illud idem dabimus cum interpretatione ac Notis doctissimi *Leonis Allatii*, collatum cum codice MS. Illustrissimi Franciæ Cancellarii D. PETRI SEGVIERII. Circa an. 1270.

XIX.

GEORGII PACHYMERÆ Protecdici & Dicæophylacis tredecim libros integros ex MS. codice Bibliothecæ Regiæ a se Latinitate donatos offert *Ioannes Tarinus* Eloquentiæ Professor Regius. Excerpta ex toto opere capita sub finem Nicephori Gregoræ iampridem Latine edidit *Hieronymus Wolfius*, sed breuibus duntaxat sententiis contentus, cætera ob cariosum mutilatumque codicem omittere coactus fuit. Eiusdem quoque Scriptoris nonnulla Fragmenta Græce exhibuit *R. P. Dionysius Petauius* e Societate IESV, sub finem Historiæ S. Nicephori Patriarchæ anno 1616. primum in hac vrbe vulgaræ. Vixit an. 1280.

Reperitur etiam in Bibliotheca BARBERINA Georgii Pachymeris MS. codex, quem VRBANVS VIII. Pontifex Maximus plurimi faciebat, quemque Eminentissimus Cardinalis FRANC. BARBERINVS ad studia prouehenda publico bono natus, suppleti variisque lectionibus prætexi curauit ex altero codice MS. *N. Cherubini*, studio atque opera *Leonis Allatii*.

XX.

Viuere desiit anno 1332. THEODORI METOCHITÆ Breuiarium a Iulio Cæsare ad Constantinum Ang. edidit Græce Lugduni Batauorum anno 1618. *Ioannes Meursius*, cum Notis & interpretatione Latina: qui vtinam publici quoque iuris fecisset librum illum CONSTANTINOPOLITANÆ HISTORIÆ, quem in Bibliotheca sua habuisse dicitur, aut CHRONICON illud CP. (si tamen opus diuersum est a præcedenti) ex quo ὑπερβολὰς suas concinnasse Codinum asserit, quodque toties ipse laudat, tum in Glossario mixobarbaro, tum in Notis ad Hesychium, aliosque Scriptores. Certe nondum ad notitiam nostram peruenere.

Docuit nos per litteras *P. Alexander Barnoetius* Soc. IESV Viennæ in præstantissima BIBLIOTHECA CÆSAREA reperiri THEODORI huius METOCHITÆ Logothetæ Magni MS. codicem charactere quadrato exaratum, in quo complures orationes Panegyricæ ad Imperatores Constantinopolitanos, aliæque de rebus ad ipsam vrbem ac illius tempora spectantibus. Plurima quoque eiusdem scriptoris opuscula seruantur in REGIA, aliisque Bibliothecis, sed quæ Historiam in nullo iuuare possint.

XXI.

Circa annum 1365. NICEPHORVS GREGORAS, qui a priore Theodoro Lascari ad annum vsque 1361. quo posterior Andronicus Palæologus obiit, Historiam Byzantinam libris vndecim prosecutus est, iam ab anno 1562. opera *Hieronymi Vvolfij* Basileensibus prælis subiectus fuit vtraque lingua. Nunc vero eundem Scriptorem cum variis MSS. comparat *Carolus Annibal Fabrotus* IC. neque omittet ea Fragmenta, quæ primus protulit post Nicephori Chronicon *R. P. Dionysius Petauius* Soc. IESV. sibi a *R. P. Frontone Ducæo* eiusdem Societ. homine, dum viueret, singulari eruditione & humanitate summa prædito, liberaliter communicata.

XXII.

1370 IOANNES CANTACVZENVS, ex Imperatore Monachus, sub ficto Iosaaphi Christoduli nomine, de suo, & Andronici iunioris Imperio, quatuor libros scripsit. In Latinam linguam versos anno 1603. Ingolstadii publicauerat *R. P. Iacobus Pontanus* Societ. IESV, cum Notis suis, quibus & alias postea *R. P. Iacobus Gretserus* eiusdem Societ. adiecit. Nos ante biennium Typis Regiis edidimus celebrem illam Historiam in tres tomos diuisam, iisdem versioni ac Notis adiuncto Græco contextu, quem frustra ab eruditis antea desideratum exhibuit nobis codex MS. qui asseruatur in Biblioth. Illustriss. D. PETRI SEGVIERII Franciæ Cancellarii.

XXIII.

Viuebat adhuc anno 1490. LAONICI CHALCOCONDYLÆ Historiam de rebus Turcicis decem libris comprehensam ab anno 1300. ad annum 1463. Latine dumtaxat Basileæ editam anno 1562. ex versione *Conradi Clauseri* Tigurini, tum etiam Geneuæ vna cum Græco textu anno 1615. vulgatam, comparabit suo commodo *Carolus Annibal Fabrotus* IC. cum variis MSS. BIBLIOTHECÆ REGIÆ.

Huic vero forte fuerit operæ pretium adiungere *Ioannis Leunclauii* Historiam Musulmanicam, & Annales Turcicos. Nam quæ in Saracenicis seu Mohamethicis *Friderici Sylburgii* apud *Hier. Commelinum* edita sunt, aut in Theophane, Cedreno, Constantino Porphyrogeneta, similibusque maximam partem continentur, aut alterius omnino sunt instituti.

XXIV.

ANONYMI CHRONICON de Turcarum rebus gestis aduersus Græcos, & expugnatione Constantinopolis. Græcum textum debemus BIBLIOTHECÆ REGIÆ, interpretationem *Ismaeli Bullialdo* Græcæ linguæ, & Mathematicarum disciplinarum callentissimo, qui etiam Notas pollicetur, docebitque ex nobilissima Ducarum familia scriptorem illum suum, quamuis de nomine ignotum, originem ducere.

XXV.

Scribebat anno 1477. GEORGIVM PHRANZEM Protouestiarium Latine duntaxat vidimus Theophylacto Simocattæ subiunctum in editione Ingolstadiensi anni 1604. Maxima suspicio est latere alicubi in Bauaria aut Sueuia Græcum codicem: qui enim recisis passim plurimis digressionibus Latine illum reddidit *R. P. Iacobus Pontanus*, Ingolstadii plerumque, Monachii, aut Augustæ Vindelicorum religiosam vitam in Collegiis Soc. IESV traduxit.

Docuit nos postea Appendix ad apparatum Sacrum *R. P. Antonii Possenini* eiusdem Societatis, necnon Catalogus Græcorum codicum MSS. Bibliothecæ Serenissimi BAVARIÆ DVCIS a *Marco Velsero* Duumuiro Augustano, editus Ingolstadii anno 1604. desideratum

hactenus a multis *Phranzæ* codicem MS. Monachii asseruari. Nuper etiam edocti sumus per litteras in LAVRENTINA SCORIACENSI BIBLIOTHECA premi ac latere cum pluribus aliis libris calamo exaratis eiusdem *Georgii Phranzæ* Chronicon, aliaque fragmenta.

Huic vero collabentis Imperii Constantinopolitani spectatori Historico *P. Philippus Labbe* Socier. IESV subiiciet GEORGII GEMISTI PLETHONIS orationes duas de rebus Peloponnesiacis, ex editione Antuerpiensi Plantiniana anni 1575. Interprete *Guillelmo Cantero*; IOANNIS ARGYROPVLI comparationem veterum Imperatorum cum posterioribus, siue hodiernis, vt vocat, ex Bibliothecæ Regiæ ditissimo penu in lucem eductam, ac Latina lingua donatam, MANVELIS MALAXI Patriarchalem Historiam, ANONYMI Politicam Historiam, siue, vt *Meursius* sæpe appellat, Constantinopolitanum Chronicon, MATTHÆI CAMARIOTÆ fragmentum de expugnatione Constantinopolis a Turcis, ac similia in Epistola longissima doctissimi viri THEODOSII ZYGOMALÆ Protonotarii, & quæcumque in MARTINI CRVSII TVRCOGRÆCIA, aliisque commode seligi poterunt ad HISTORIÆ BYZANTINÆ continuationem spectantia.

Qui sequuntur nondum ad certa tempora potuerunt reuocari.

XXVI.

GEORGIVS CODINVS de Officiis Aulæ Constantinop. cum versione & doctissimis Notis *R. P. Iacobi Gretseri* e Soc. IESV, quibus inter cætera quamplurimos *Franc. Iunii* errores detexit, & insectatus est, hic ex officina *Sebastiani Cramoisy* anno 1626. prodit Græco-latine. Locupletiorem editionem ac desideratam nouarum textus vocum fidelem interpretationem, antiquas & recentiores Patriarchatus Constantinop. & Thronorum ei subiectorum Notitias sub prælo habet *R. P. Iacobus Goar*, Ordinis Prædicator. ex Bibliothecis REGIA, MAZARINA, ALLATIANA, aliisque pluribus Catalogis & obseruationibus adiunctis, atque ad singula capita vberrimis Annotationibus. Neque tamen quicquam decedet huic Regiæ editioni de laudatis *P. Gretseri* in eundem auctorem lucubrationibus, quæ sub finem vno filo continuabuntur, cum *Marci Antonii Mureti* & *Francisci Iunii* Notis, atque eiusdem *Gretseri* Syntagmate de Imaginibus non manufactis, aliisque a sancto Luca depictis.

GEORGII CODINI tractatum alterum de Originibus Constantinopolitanis ex MSS. *R. P. Iacobi Sirmondi* Societ. IESV viri in omni doctrinarum genere præstantissimi. *Lucæ Holstenii*, aliorumque codicibus maxima accessione auctum, Notisque illustratum repræsentabit *Petrus Lambecius*, eiusdem *Lucæ Holstenii* ex sorore nepos, adolescens supra ætatem eruditus. Hic, vt pronuper datis Roma litteris significauit, vulgatæ anno 1596. a Georgio Douza sub Codini nomine Originum Byzantinarum editioni subiiciet Syntagma Antiquitatum Constantinopolitanarum, ex variis codicibus MSS. collectum & in lucem editum, adiuncta Latina versione, & animaduersionibus necessariis: hoc est,

I. Eiusdem CODINI Opuscula, de Schematographia vrbis, tempore Byzantis, Constantini Magni, & Theodosii Iunioris: De structura templi S. Sophiæ: De statuis & spectaculis: De ædificiis: De Imperatoribus, & Patriarchis.

II. Veterum Poetarum in celebriores vrbis partes Epigrammata & Poemata.

III. PHOTII P. CP. Descriptionem templi, quod erat in Palatio Imperatoris.

IV. MANVELIS CHRYSOLORÆ comparationem veteris & nouæ Romæ.

V. Eiusdem ad fratrem suum Epistolas duas de eadem materia scriptas.

VI. ANONYMI Græci Collectanea Antiquitatum Constantinopolitanarum.

VII. SYMEONEM MAGISTRVM de ædificatione templi S. Sophiæ.

VIII. Constantinopolitanæ vrbis Genethliacam figuram ex VALENTE ASTRONOMO.

IX. LEONIS Imperatoris Oracula, cum expositione Græca THEOPHILI PRESBYTERI.

Alterum quoque Syntagma de IMPERIO CP. eiusque Prouinciis pollicetur V. C. *Lucas Holstenius*, cum Notis & Tabulis Geographicis eiusdem Imperii. In eo, quæ mox sequuntur opuscula continentur.

I. HIEROCLIS GRAMMATICI Synecdemus, siue notitia Imperii CP. integra ex duobus codicibus MSS.

II. CONSTANTINI PORPHYROGENETÆ Themata ex tribus MSS. emendata, cum noua versione.

III. Eiusdem liber de administrando Imperio correctus ad MS. Codicem Vaticanum.

IV. Diuersæ Notitiæ Episcopatuum, sub Orientali Imperio, partim nouæ, partim correctiores hactenus editis.

XXVII.

GEORGIVM HAMARTOLVM a Doctissimo Viro *Leone Allatio* in dies expectamus. Extat in Bibliothecæ Regiæ ditissima Gaza GEORGII HAMARTOLI Monachi Chronicon, opus [illegible], a primo rerum initio vsque ad Diocletiani & Maximiani Impp. tempora a *Stasino* quodam [illegible] descriptum.

XXVIII.

LEONTIVS BYZANTIVS (sic enim a quibusdam vocitatum accepimus) aut quis alius Anonymus, quocumque censeatur nomine, Continuator Theophanis hactenus nec Græcè nec Latine comparuit. Græcum codicem studio *Lucæ Holstenii* Roma transmissum debemus singulari humanitati Emin. Cardinalis FR. BARBERINI.

Huic porro codici absque Auctoris, quod mihi adhuc incompertum est, germano nomine præfigitur iste titulus maximam partem in autographo detritus: [illegible] &c. quæ ex Præfatione innominati scriptoris ad eundem Constantinum Aug. videntur desumpta; in qua hæc habentur inter cætera curiosis lectoribus in antecessum oblata: [illegible] &c. Post vitas quatuor Imperatorum Leonis Armenij, Michaelis ex Amorio siue Balbi, Theophili Michaelis filij, & Michaelis eiusdem Theophili ac Theodoræ filij, sequitur de rebus gestis Basilij Macedonis narratio, quæ omnium longissima hunc titulum præfert: [illegible]. cum peculiari ac seiuncta a præcedenti Præfatione, qua significat hic Auctor sibi in animo esse [illegible]. Additæ sunt vitæ Leonis Philosophi, Alexandri fratris eius & Constantini Porphyrogennetæ, quæ ex editis alijsque, quas habemus, mutato nonnihil stylo, ab aliquo recentiore breuiatæ & superioribus subiectæ videntur.

XXIX.

LEO GRAMMATICVS, qui vitas septem Imperatorum Theophanis Historiæ adiecit ad Constantinum vsque Romani generum, ex inexhausto thesauro BIBLIOTHECÆ REGIÆ suo quoque tempore vulgabitur. Ex additis in calce MS. Codicis didicimus perfectum illud opus fuisse [illegible].

XXX.

REPERITVR etiam penes *P. Philippum Labbe* Theophanis Historiæ Continuator Anonymus breui summario vitas complexus Imperatorum, Michaelis Curopalatæ qui genet Nicephori Logothetæ cognominatus est Rancabe, Leonis Armenij, Michaelis Balbi, Theophili, Michaelis cum matre Theodora, Basilij Macedonis, Leonis Philosophi, Alexandri fratris eius, Constantini Porphyrogennetæ, Romani vtriusque, Lecapeni scilicet ac Iunioris dicti, Nicephori Phocæ, Ioannis Zimiscæ, Basilij, Constantini, Romani Argyri, Michaelis Paphlagonis, Michaelis Calaphatæ, Constantini Monomachi, Constantini Ducæ, Eudoxiæ & filiorum eius, Romani Diogenis, Michaelis Parapinacij ac Nicephori Botaniatæ: quem, vt a Scylitza, Zonara, Glyca atque Cedreno diuersum noui- mus, ita quoque nunc compertum habemus, cum citatis Leontio, vt vocant, Byzantio, ac Leone Grammatico minime conuenire.

XXXI.

CÆTERVM, quia nemo nescit, quantum ad perfectam ROMANÆ vtriusque Historiæ cum Veteris tum Nouæ intelligentiam conferat NOTITIA vtriusque IMPERII, Occidentalis simul atque Orientalis; Honorij & Theodosij iunioris tempore, vt creditur, digesta, *P. Philippus Labbe* Societ. IESV eandem breui, vt speramus, Regiis Typis committet, iuxta editionem Frobenianam anni 1552. in capita 68. distinctam, cum quadripartito Glossario, I. Officiorum. II. Militiæ. III. Geographico. IV. Miscellaneo: in quibus & quæ obscura sunt explicabit, & plurimos Vidi Pancirolli, aliorumque lapsus emendabit.

XXXII.

Idem quoque *Philippus Labbe* Societatis Iesv nobilissimo Historiæ huius Byzantinæ Corpori Apparatvm suo tempore subiunget, quatuor in partes distributum: hoc est,

I. Chronicon Novæ Romæ a die xi. Maii anni cccxxx. qua dedicata est, ad diem xxix. Maii anni mccccliii. qua post annos mcxxiii. & dies xviii. a Turcis capta & direpta est, digestum per annos singulos Christi & Mvndi, Imperatorvm & Indictionvm. Quia vero ingentem Chronicorum siluam in Bibliotheca Regia, priuatisque, reperiri nemo nescit, ex iis ea maxime seliget, quæ Constantinopolitanam Historiam locupletare videbuntur, additis temporum, qui sæpe apud Historicos desiderantur, certis characteribus.

II. Syntagma de ætate & scriptis Doctorum virorum, qui ab Encæniis Novæ Romæ ad nostra vsque tempora Constantinopolitanam Historiam litteris prosequuti sunt.

III. Topographiam Constantinopoleos, & Bospori Thracij ex *Petro Gyllio* (cuius singula capita vberrimis Annotationibus illustrabuntur) aliisque, tum recentioribus, tum antiquis Scriptoribus accurate descriptam. Nec omissurus erat, nisi vir singulari doctrina præstans id iam in se recepisset, Constantini Porphyrogennetæ Imperatoris libros de Administrando Imperio vnum, & de Thematibus duos, cum versione ac Notis *Ioannis Meursij*, *Bonauentura Vulcany*, atque *Federici Morelli*. Eiusdem enim ac Leonis pariter Augusti Tactica, alio prorsus spectare videntur.

IV. Lexicon Byzantinvm, siue breuem Catalogum dictionum difficiliorum ac Græco-barbararum, ad Geographiam præcipue, & Officia, tum Sacra, tum Prophana spectantium, quæ in omnibus Constantinopolitanæ Historiæ Scriptoribus reperiuntur, subnotatis singulorum Auctorum locis illustrioribus, adeoque indicatis, maximo Lectorum emolumento, laborisque compendio, Regiæ editionis singulis paginis.

Qvod si etiam res eo ferat, vt Eruditorum hominum, ac maxime πολυϊστόρων, studiis gratificemur liberalius, Generalem Indicem, ex omnibus Historiæ Byzantinæ Scriptoribus e Regia Typographia emissis emittendisque, ingenioso ordine, nec inutili, vt speramus, labore contexendum curabimus.

Neqve *plura modo de variis* Byzantinæ Historiæ *Scriptoribus iam publici iuris factis, vel propediem publicandis. Tu, si quid potes,* Candide Lector, *iterum rogamus, obtestamurque, conatibus nostris faue, votis obsequere. Sic tibi cuncta fortunet bonus* Devs.



APPARATVM *ſtudioſis* HISTORIÆ BYZANTINÆ *Indagatoribus apprime neceſſarium opportuno deinceps tempore publicandum (ſi conatibus noſtris annuerit præpotens* DEVS *, & plerique omnes , ſaltem præcipui Auctores iam e tenebris in lucem prodierint) ſub finem præcedentis Catalogi fide data polliciti ſumus. Ne quis tamen impatiens longioris moræ , hic primo in limine diligentiam noſtram deſiderare merito poſsit , & quoddam veluti Ariadnes filum , in perplexiſsimis tot tantorumque ſcriptorum ac ſæculorum Labyrinthis inoffenſo pede decurrendis præmonſtrari ſibi poſtulet ; Primam* APPARATVS *noſtri delineationem , tres in partes diſtributam , informem licet ac vere μονόγραμμον,* EXCERPTIS *variorum de Legationibus præmittere decreuimus ; vno dumtaxat omiſſo* BYZANTINO LEXICO *, quod aſsiduo labore & quotidiana horum omnium Hiſtoricorum lectione per ocium a nobis adornandum , prolixius erit , quam vt in breue ſpecimen contrahi , & curioſis Lectoribus compendio aliquo repræſentari poſsit.*

AP-

APPARATVS
BYZANTINÆ HISTORIÆ
QVATVOR IN PARTES DIGESTI
DELINEATIO PRIMA.

CVRA ET STVDIO PHILIPPI LABBE BITVRICI
Societatis IESV Sacerdotis.

PARS PRIMA.
IMPERATORVM ORIENTIS
A CONSTANTINO MAGNO
AD CONSTANTINVM PALÆOLOGVM
BREVIS ET ACCVRATA
SERIES CHRONOLOGICA.

I.

FL. Valerius CONSTANTINVS Magnus Fl. Valerij Constantij Chlori filius, Imperator renuntiatus est post obitum patris, ex ante diem VIII. Kal. Augusti, anno 25. Iulij 306. Æræ Christianæ CCCVI. qui annus in Fastis notatus est Constantio Aug. VI. & Maximiano Aug. VI. Coss.

Debellauit Maxentium tyrannum Maximiani Herculii F. ex ante diem VIII. Kal. Octobris 24. Sept. 312. an. CCCXII. vnde prima Indictio numerari cœpit, Constantino Aug. II. & Licinio Aug. II. Coss.

Dedicauit CONSTANTINOPOLIM, quam & NOVAM ROMAM appellari voluit, ante diem V. Idus Maij, anno CCCXXX. Coss. Gallicano & Symmacho, Indictione III. a Se- 11. Maij 330. ptembri mense anni præcedentis iam decurrente.

Imperauit annos XXX. menses IX. dies XXVII.

Vixit annos LXV.

Obiit prope Nicomediam in Bithynia ipso die Pentecostes, ex ante diem XI. Kal. Iunij, 22. Maij 337. an. CCCXXXVII. Feliciano & Titiano Coss. Indictione X.

CONSTANTINI *vitam & res gestas libris quatuor complexus est Eusebius Pamphili Cæsariensis in Palæstina Episcopus, qui etiam consulendus in Chronico, & Historia Ecclesiastica, quæ vltra huius Imperatoris tempora non progrediuntur. Scripserunt etiam Eutropius, Aurelius Victor, Rufinus Aquileiensis, Paulus Orosius, Zosimus Comes (cuius in Constantinum calumnias refellit egregie Euagrius libri 3. Historia Eccles. cap. 4. quo etiam nomine sugillant Eunapium Photius ac Suidas) Auctor Chronici quod Alexandrinum dicitur, Theophanes Confessor, atque ex eo Anastasius Bibliothecarius; Anonymus post Ammianum editus, Paullus Longobardus Diaconus Aquileiensis, aut quisquis est Miscellæ auctor, atque ex recentioribus Suidas, Ioannes Zonaras, Michaël Glycas, Constantinus Manasses, Georgius Cedrenus, Nicephorus Callisti Xanthopuli filius, aliique.*

Praxagoras Atheniensis de gestis Constantini Magni libros duos, decem vero Bemarchius Cæsariensis Cappadox scripserant, testibus Photio ac Suida: verum hi cum prioribus Ammiani Marcellini libris, multisque aliis iniuria temporum perierunt. Nec omittendi Socr. Soz. Theod. Philost. &c.

***

II.

FL. Iulius CONSTANTIVS Magni Constantini filius, occisis duobus fratribus CONSTANTINO iuniore Aug. iuxta Aquileiam anno Christianæ Æræ CCCXL. & CONSTANTE in castro Elenæ prope Pyrenæos, mense Februario anni CCCL. Monarchiam obtinuit.

22. Maii 337. Imperare cœpit ex ante diem XI. Kal. Iunii CCCXXXVII. Indictione X. Feliciano & Titiano Coss.

Imperauit annos XXV. menses V. dies XIII.

Vixit annos XLIV.

3. Nouemb. 361. Obiit Mopsucrenis prope Tarsum in Cilicia ante diem III. Nonas Nouemb. anni CCCLXI. Indictione V. iam inchoata, Florentio & Tauro Coss.

CONSTANTII *vitam & res gestas prodiderunt S. Hieronymus in Appendice ad Chronicon Eusebii; Eutropius, Victor, Ammianus, Ruffinus, Orosius, Zozimus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Philostorgius, Chron. Alex. Theophanes, Miscella auctor, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, Nicephorus, &c.*

III.

FL. Claudius IVLIANVS Constantii fratris Constantini Magni filius, fraterque Galli Cæsaris, qui iussu Constantii Aug. in Flanona Istriæ insula anno CCCLIV. necatus est.

3. Nouemb. 361. Imperare cœpit ex ante diem III. Nonas Nouembris anni CCCLXI. Florentio & Tauro Coss. Sunt qui ab anno superiore Imperii eius repetant initia, cum Lutetiæ Parisiorum a militibus Augustus salutatus est.

Imperauit annum vnum, menses VII. dies XXVII.

Vixit annos XXXI.

26. Iunii 363. Occisus est pugnans in Perside ante diem VI. Kal. Iulias anni CCCLXIII. Indictione VI. ipso Iuliano Aug. IV. & Sallustio Coss.

IVLIANI *vitam & res gestas dabunt S. Hier. in Chronico, Eutropius, Victor, Ammianus, Ruffinus, Orosius, Zosimus maximus eius encomiastes post Eunapium Sardianum cuius historiam teste Photio pene descripserat, Socr. Soz. Theod. Philost. Chr. Alex. Theophanes, Miscella, Suidas, Zon. Glycas, Man. Cedr. Nic. alii.*

IV.

FL. IOVIANVS Varroniani Comitis filius, Singiduni in Pannonia natus, ex Primicerio Domesticorum,

27. Iunii 363. Augustus ab exercitu appellatus iniit imperium ex ante diem V. Kalendas Iulias anni CCCLXIII. Indictione VI.

Imperauit menses VII. & dies XXII.

Vixit annos XXXIII.

17. Febr. 364. Obiit Dadastanæ in confinio Galatiæ & Bithyniæ nocte diei XIII. Kal. Martias anni CCCLXIV. Indictione VII. ipso Ioviano Aug. & Varroniano Nob. eius filio Coss.

Interregnum fuit dierum octo aut nouem.

IOVIANI *meminerunt S. Hier. in Chronico, Eutropius qui in eius morte claudit librum X. Breuiarii Romanæ Historiæ, Victor, Ammianus, Ruffinus, Orosius, Zosimus, Socr. Soz. Theod. Philost. Chr. Alex. Theoph. Misc. Suidas, Zon. Glycas, Man. Cedr. Niceph. alii.*

V.

FL. VALENTINIANVS Gratiani filius, e Pannonia Cibalensi, Tribunus Scutariorum,

25. Febr. 364. Augustus renunciatus est apud Nicæam die V. Kal. Martii anno CCCLXIV. Indictione VII. qui notatur reperitur in Fastis, Ioviano Aug. & Varroniano Nob. Coss.

In Oriente, quem Valenti fratri regendum reliquit, imperauit mensem vnum & dies IV.

In Occidente imperauit annos XI. menses VIII. dies XXII.

Vixit annos LVI. & menses aliquot.

17. Nouemb. 375. Obiit in castello Brigitione in Pannonia ante diem XV. Kal. Decembris, Indictione IV. inchoata, anno CCCLXXV. post Consulatum Gratiani III. & Equitii, vel, vt habet Chronicon Alexandrinum, Gratiano Aug. IV. & Equitio II. Coss.

VALENTINIANI *res gestas vide apud Hier. Eutropium, Victorem, Ammianum, Ruffinum, Orosium, Zosimum, Socr. Soz. Theod. Philost. Chr. Alex. Theoph. Misc. Suidam, Zon. Glycam, Man. Cedr. Nicephorum, aliosque.*

VI.

FL. VALENS Gratiani filius, a fratre Valentiniano ad Imperatoriæ dignitatis consortium adlectus, in milliario VII. prope Constantinopolim,

Cœpit imperare Kal. Aprilis, vel triduo ante ex sententia Hydatij in Fastis, Iouiano Aug. 29. Martii 364. & Varroniano Coss. Ind. VII. anno Christi CCCLXIV.

Imperauit annos XIV. menses IV. & dies IX.

Vixit annos L.

Periit in bello aduersus Gotthos in Thracia gesto, milliario XII. ab Hadrianopoli, die V. 9. Augusti 378. Idus Augusti anni CCCLXXVIII. Indict. VI. Valente Aug. VI. & Valentiniano iuniore Aug. II. Coss.

VALENTIS *res gestas memoria commendarunt S. Hieronymus qui in eius morte Chronicon suum clausit, quemadmodum historia sua librum XXXI. atque vltimum Ammianus Marcellinus, Rufus qui in hoc quoque Imperatore desiit, Rufinus, Orosius, Zosimus, Socr. Soz. Theod. Philostorg. Chr. Alex. Theoph. Misc. Suidas, Zon. Glyc. Man. Cedr. Niceph. alii.*

VII.

FL. GRATIANVS Ambianis in Gallia IX. Kal. Septembris anni CCCLXVII. a 24. Aug. 367. patre Valentiniano Augustus appellatus, Indiction. X. Coss. Lupicino & Iouino.

Imperauit in Oriente post obitum patrui Valentis menses V. & dies VIII.

In Occidente vna cum patre imperauit annos VIII. menses II. & dies XXVIII. post obitum patris cum Valentiniano iuniore fratre & Theodosio Magno, annos VII. menses IX. & dies eosdem, in summa annos XVI. & diem vnum.

Vixit annos XXIV. & menses aliquot.

Occisus est apud Lugdunum Galliarum VIII. Kal. Septembris anno CCCLXXXIII. 25. Aug. 383. Indictione XI. Saturnino & Merobaude II. Coss.

Valentinianus iunior Gratiani frater Occidentis Imperator Viennæ in Galliis necatus est, 15. Maii 391. Idibus Maii, sabbato pridie Pentecostes Indict. V. anno CCCXCII. Arcadio II. & Ruffino Coss. natus annos XXVI. & menses IV.

GRATIANI *res gestas scripserunt S. Hier. Ammianus, Victor, Ruffinus, Orosius, Zosimus, Socr. Soz. Theod. Philost. Chr. Alex. Theoph. Misc. Suidas Zon. Glyc. Man. Cedr. Niceph. alii.*

VIII.

FL. THEODOSIVS senior siue Magnus dictus, Theodosii alterius iussu Valentis in Africa occisi filius, ex Gallæcia prouincia Hispaniæ oriundus, & annum agens ætatis XXXIII. a Gratiano apud Sirmium Aug. appellatus,

Imperare cœpit ante diem XIV. Kal. Februarii, Indict. VII. anno CCCLXXIX. Ausonio & Olybrio Coss. 19. Ianuar. 379.

Imperauit annos XVI. minus diebus duobus.

Vixit annos 60. aut 65.

Obiit Mediolani ex inualetudine hydropis, XVI. Kal. Februarii, Ind. VIII. anno CCCXCV. 17. Ianuarii 395. Olybrio & Probino Coss.

THEODOSII *Magni res gestas suggerent Hieronymiana ad Eusebii Chronicon Appendicis continuatores, Prosper vterque, Hydatius, Marcellinus, Sigebertus, &c. Aurelius Victor, cuius Epitome in huius Imperatoris obitu desinit, Ruffinus qui pauca admodum de filiis eius attigit, Orosius, Zosimus, Socr. Soz. Theod. Philost. Chr. Alex. Theoph. Misc. Suidas, Zon. Glycas, Man. Cedr. Nicephorus Callistus, alii: quibus iungi merito poterit Claudianus Poeta illorum temporum perinsignis.*

IX.

FL. ARCADIVS Theodosii Magni filius, atque Honorii frater, Augustus a patre ap- 16. Ianuar. 383. pellatus est XVII. Kalendas Februarii, Indict. XI. anno CCCLXXXIII. Merobaude II. & Saturnino Coss. cum quo imperauit annos XII.

Mortuo patre, annum agens ætatis XVIII. Orientis imperium administrare cœpit ad annos XIII. menses III. & dies XV.

Vixit annos XXXI.

Obiit Constantinopoli Kalendis Maii, Indictione VI. anno CCCCVIII. Basso & Philip- 1. Maii 408. po Coss. Theodosii filii tutela Isdegerdi Persarum Regi testamento relicta.

ARCADII *res gestas vide apud Socr. Soz. Theod. Prosperum, Hydatium, Marcellinum, Philost. Orosium, Zozimum, qui biennio post Arcadii mortem in vulgatis editionibus desinit, Chron. Alex. Theophanem, Miscellam, Zon. Glycam, Man. Cedr. Nicephorum, alios: quibus iungendus Claudianus, vt omittam Eusebium & Ammonium Poetas, cæterosque quorum opera desideramus.*

X.

FL. THEODOSIVS iunior Arcadij Aug.& Eudoxiæ filius, Cæsar Augustus a patre
16. Ianuarij 402. appellatus XVII. Kal. Februarij Indictione XV. anno CCCCII. Arcadio V. & Honorio V.
10 Aprilis. Coss. cum adhuc vagiret in cunis, natus anno superiori IV. Idus Aprilis. Imperauit cum patre annos VI. menses II. & dies XV.

1. Maij 408. Imperare cœpit post mortem patris Kalend. Maij Indict. VI. anno CCCCVIII. Basso & Philippo Coss.

Imperauit solus annos XLII. menses II. dies XXIIX.

Vixit annos XLIX. natus X. Aprilis CCCCI.

28. Iulij 450. Obiit Constantinopoli V. Kalend. Augusti, Indictione III. anno CCCCL. Valentiniano Augusto VII. & Auieno Coss.

Honorius patruus Imp. Occidentis Rauennæ recesserat, *vt loquitur Hydatius in Fastis qui hic desinunt*, XV. die Aug. Ind. VI. anno CCCCXXIII. Asclepiodoto & Mariniano Coss. cum vixisset annos XXXIX. natus IX. Septemb. CCCLXXXIV. Ricimere & Clearcho Coss. Imperasset vero annos XXX. a die XX. Nouembris anni CCCXCIII. qua in Hebdomo prope CP. Augustus a patre Theodosio renuntiatus est, Theodosio III. & Abundantio Coss.

THEODOSII *minoris Historiam repete sis ex Orosio, qui non progreditur vltra annum* CCCCXVIII. *Socrate, qui vt ipse ait in fine libri* VII. *orditur a primo anno* CCI. *Olympiadis, in qua Constantinus Imp. declaratus fuit, & desinit in ann.* II. *Olymp.* CCXXVIII. *ad* XVII. *Consulatum Imp. Theodosij, siue annum* CCCCXXXIX. *Hermia Sozomeno, cuius liber nonus non porrigitur vltra annum* CCCCXXI. *licet ipsomet teste in Præfatione ad Imper. a Consulatu Crispi & patris eius Constantini vsque ad* XVII. *Theodosij Imp. consulatum non secus ac Socrates fuisset progressus, Theodoreto Cyri Episcopo, qui ab hæresis Arianæ initiis peruenerat, teste Gennadio, vsque ad Leonis Imperatoris tempora, quamuis liber eius quintus postremus eorum, qui supersunt, morte Theodori Mopsuesteni terminetur, Olympiodoro Thebæo, cuius Excerpta docent a* VII. *Consulatu Theodosij ad* XI. *hoc est ab anno* CCCCVII. *ad* CCCCXXV. *peruenisse, Philostorgio Ariano, qui petito altius initio in eundem annum desiit. Quibus adiungi poterunt Prosper vterque, Hydatius, Cassiodorus, Marcellinus, Euagrius, qui ab hæresi Nestoriana duxit exordium, Chronicon Alexandrinum, Theophanes, Miscella, Freculfus, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, Nicephorus, alij, vt omittam Philippum Sidetam, Priscum Panitem, ceterosque qui non sunt super.*

XI.

FL. MARCIANVS genere Illyricus studio Pulcheriæ Augustæ Theodosij sororis annum ætatis LIV. agentis, ab exercitu & Senatoribus Augustus in Hebdomo salutatus,

Imperare cœpit ex ante diem IV. Kal. Augusti Indict. III. anno CCCCL. Valentiniano Aug. VII. & Auieno Coss. Differt Chron. Alex. in 25. Augusti diem Iouis.

29. Iulij 450. Imperauit annos VI. & menses totidem, minus diebus duobus.

Vixit annos LXV.

26. Ianuarij 457. Obiit Constantinopoli VII. Kal. Februarias Indict. X. anno CCCCLVII. Constantino & Rufo Coss.

Valentinianus III. Constantij & Gallæ Placidiæ filius Occidentis Imperator annum agens ætatis XXXVII. natus 10. Iunij anni CCCCXVIII. obtruncatus est Romæ 17. Martij anni CCCCLV. qui notatus est in Fastis, Valentiniano Aug. VIII. & Anthemio Coss. cum imperasset ab anno CCCCXXV. annos XXX. Eodem quoque anno Roma a Genserico Vandalorum Rege direpta, & Maximus tyrannus occisus XIV. Iunij. Ac post biennium Auito exauthorato, Maiorianus factus est Occidentis Imperator.

MARCIANI *res gestas prosecuti sunt Theodorus Lector, cuius Collectanea quæ habemus in manibus ab obitu Theodosij iunioris incipiunt: Tiro Prosper, cuius non solum vulgares Fasti, sed etiam Chronicon a V. C. Petro Pithœo editum desinunt in annum* CCCCLV. *Hydatius, Cassiodorus, Marcellinus, Victor Tununensis in Africa Episcopus in Chronico quod Prosperi Fastis subnexum incipit ab anno Christi* CCCCXLIV. *Theodosio Aug.* XVIII. *& Albino Coss. Euagrius, Chron. Alex. Theoph. Misc. Freculfus, Suidas, Zonar. Glyc. Man. Cedr. Niceph.* &c.

XII.

FL. LEO Thrax Tribunus militum, senior, Magnus ac Macelles cognominatus, Asparis opera ad Orientis Imperium promotus.

7. Februarij 457. Imperare cœpit VII. Idus Februarij, Indictione X. anno CCCCLVII. Constantino & Rufo Coss.

Imperauit annos XVII. & menses VI. tam sui Imperij annis, quam Leonis iunioris mensibus computatis, inquit Marcell. Comes in Chron. sed scribendum esse menses IX. arbitror.

Vixit annos . . . . .

Obiit Constantinopoli ante Ianuarij diem decimum-tertium, Indictione XII. anno CCCCLXXIV. Leone Iuniore Augusto solo Consule. Ianuar. mense 474.

Leone imperante, Occidentis Imperium tenuerunt: Maiorianus, qui VII. Augusti anni CCCCLXI. ad fluuium Hyram prope Dertonam occisus est, Seuerus veneno sublatus Romæ anno CCCCLXV. Anthemius a Ricimere genero suo interfectus XI. Iulij anni CCCCLXXII. Olybrius cui septimo Imperij sui mense XXIII. Octobris defuncto successit post interregnum mensium IV. & dierum XII. Glycerius die Martij quinto anni CCCCLXXIII. quem sequenti anno expulsum Nepos ordinari iussit Episcopum.

LEONIS *res gestas scripserunt Candidus Isaurus, cuius Excerpta cum Notis hoc primo volumine continentur, Theodorus Lector, Hydatius qui ad annum vsque* CCCCLXVIII. *Chronicon suum pertexuisse noscitur Cassiodorus, Marcellinus, Victor Tunnunensis, Euagrius qui Priscum Panitem Sophistam citat, Chronicon Alexandrinum, Theoph. Misc. Freculfus, Suidas, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, Nicephorus, &c.*

XIII.

FL. LEO iunior Zenonis atque Ariadnæ filius, ab auo Leone decem ante obitum mensibus Cæsar siue Augustus appellatus, Zenonem patrem suum mense Februario anni CCCCLXXIV. consortem Imperij fecit, eodemque anno, Nouembri mense morte sublatus est. Plura de eo in Notis nostris ad Candidum, & apud citatos supra Auctores. Febr. 474.

XIV.

ZENO natione Isauricus, Tarasicodisanes antea dictus, Leonis senioris gener, a filio Imperatoria corona ac veste donatus,

Imperare cœpit solus a mense Nouembri anni CCCCLXXIV. Nouem. 474.

Imperauit annos XVII. & menses VI. tam sui Imperij annis, quam Basilisci tyrannidis mensibus computatis, inquit Marcellinus in Chronico.

Vixit annos LXV. & dies IX.

Obiit ineunte mense Aprili anni CCCCXCI. Olybrio V. C. solo Cos. Indict. XIV. Aprili 491.

Zenone imperante collapsum est Romanum in Occidente Imperium: nam pulso in Dalmatiam Iulio Nepote Aug. 28. Augusti, cum XV. ageret in Imperio mensem, Orestes Patricius & Mag. militum Rauennæ Octobris die vltimo eiusdem anni CCCCLXXV. filium suum Romulum Augustulum dictum Imp. substituit. Quem capta anno sequente Roma, & Oreste trucidato in Lucullanum Campaniæ castrum relegauit Odoacer Erulorum rex.

ZENONIS *vitam & res gestas, præter Malchum Philadelphiensem, Ioannem Ægeatem, Basilium Cilicem, Eustathium Syrum siue Epiphaniensem, Hesychium Milesium Illustrem, aliosque quos periisse dolemus, consignarunt litteris Candidus Isaurus, Theodorus Lector, Cassiodorus, Marcellinus, Victor, Euagrius, Chronicon Alexandrinum, Theophanes, Miscella, Freculfus, Suidas, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, Nicephorus, & alij.*

XV.

FL. ANASTASIVS Dicorus, Dyrrachij in Epiro natus, ex Silentiario palatij, anniteote Ariadna Augusta, acclamatus est Imperator.

Cœpit ante diem VII. Aprilis, inauguratus est feria quinta maioris Hebdomadæ, quæ incidit in Aprilis XIII. illo anno CCCCXCI. Indictione XIV. Olybrio solo Cos. 7. Aprilis 491.

Imperauit annos XXVII. ac menses, diesque aliquot, de quibus certo non constat.

Vixit annos LXXXVIII. aut XC. cum mensibus V. vt habet Chron. Alex.

Obiit fulmine ictus ante diem VI. seu potius VIII. Idus Iulij, Indictione XI. anno DXVIII. Magno solo Consule. Alij periisse volunt Aprilis die XI. feria secunda maioris Hebdomadæ. 8 aut 10. Iulij 518.

Odoacrum Theodoricus Ostrogothorum Rex propria manu interficit Rauennæ in Laureto Palatij, mense Martio anni CCCCXCIII. Eusebio II. & Albino Coss.

ANASTASII *meminerunt, exceptis Candido, Malcho & Ægeate, omnes ij, quos paullo ante commemorauimus.*

XVI.

FL. Anicius IVSTINVS, genere Thrax, a Senatu electus & a militibus Augustus salutatus,

9. Iulii 518. Imperare cœpit VII. Idus Iulii Indict. XI. anno DXVIII. Magno solo Cos.

Imperauit annos VIII. menses totidem, dies XXIII. Chron. Alex. menses IX. & dies V. assignat eius imperio: at Marcellinus annos nouem & menses duos, vsque ad obitum scilicet, quamuis non completos.

Vixit annos LXX.

Obiit ex pedis vlcere Kalendis Augusti, sub horam diei tertiam, Indict. V. anno DXXVII. Mauortio solo Cos.

Theodericus Italiæ Rex sub Iustino periit Rauennæ secunda die Septembris anni DXXVI. Olybrio iuniore solo Cos.

De IVSTINO, *Theodorus Lector, Procopius, Marcellinus, Victor, Euagrius, Chr. Alex. Theoph. Misc. Freculfus, Zon. Glyc. Man. Nic. alii.*

XVII.

FL. Anicius IVSTINIANVS Iustini Aug. e sorore nepos, ex Nobilissimo ac Cæsare, ab auunculo ad imperii consortionem adscitus,

Imperare cœpit Kal. Aprilis anni DXXVII. Indictione V. Mauortio solo Cos.

Imperauit annos XXXIX. menses VII. & dies XIII.

Vixit annos LXXXIII.

13 Nouemb. 566. Obiit Idibus Nouembris Indictione XV. iam inchoata, anno DLXVI. post consulatum Basilii V. C. XXV.

Ostrogothorum regum in Italia Iustiniano imperante deletum anno DLIII.

IVSTINIANI *res gestas, præter Procopium Cæsariensem Rhetorem, & Agathiam Myrinensem Scholasticum nobilissimos historicos, docebunt te Marcellinus Illyricianus Comes, cuius Chronicon definit in annum* DXXXIV. *Iustiniano Aug.* IV. *& Paullino Coss. licet appendix vsque ad obitum Iustiniani excurrat. Victor Tunnunensis, cuius Chronicon vsque ad Iustini iunioris annum primum Christi* DLXVII. *protenditur, Marius Auenticensis Episcopus, Euagrius, Chron. Alex. Theoph. Misc. Frec. Suidas, Zon. Glyc. Man. Cedr. Niceph. alii.*

XVIII.

FL. Anicius IVSTINVS iunior Dulcissimi & Vigilantiæ Iustiniani sororis filius, ex Curopalata Augustus salutatus,

13. vel 14 Nou. 566. Imperare cœpit Idibus Nouembris, aut postridie, Indictione XV. iam inchoata, anno DLXVI.

Imperauit annos XII. vno mense minus cum aliquot diebus, vnde recte Ioannes Bielariensis anno XI. regni sui Iustinum docet diem clausisse extremum, & Tiberium singulare obtinuisse imperium.

Vixit annos. . . . .

5. Octob. 578. Obiit ex morbo ante diem III. Nonas Octobris, Indictione XII. iam inchoata, cum paullo ante Septembris XXVI. die Tiberium creasset Augustum, quem iam a VII. die Septembris, inchoata Indictione VIII. anno Christi DLXXIV. ex Comite excubitorum, Cæsarem fecerat.

Eo imperante Longobardi in Italia consederunt.

IVSTINI *Iunioris vitam & res gestas vide in Excerptis Menandri Protectoris, ac Theophanis Byzantii, & apud Euagrium, Gregorium Turonensem, Marium Auenticensem, Ioannem Biclarensem in Chronico siue Appendice ad Victorem Tunnunensem, quæ a Iustino ducit initium, Corippum Grammaticum Africanum cuius poema sine mutilum extat, Chron. Alex. Theoph. Misc. Frec. Zon. Glycam, Man. Cedr. Niceph. alios.*

XIX.

FL. TIBERIVS Anicius Constantinus, genere Thrax, viuente Iustino Cæsar atque Augustus appellatus,

6. Octob. 578. Imperare solus cœpit Pridie Nonas Octobris, Indictione XII. iam inchoata, anno Christi DLXXVIII.

Imperauit post Iustini obitum annos tres & menses circiter decem.

Vixit annos.

14. Aug. 582. Obiit ex morbo in processu Hebdomi die XIV. mensis Augusti, currente adhuc Indict. XV.

anno DLXXXII. cum quinto eiusdem mensis Mauricium creasset Cæsarem, & XIII. Augustum coronasset, data illi in vxorem filia Constantina.

TIBERII *vitam & res gestas repete ex Euagrio, Greg. Turonensi, Ioanne Biclariensi Abbate qui ad annum vsque Mauricii* VIII. *Christi* DLXXXIX. *progreditur, Chr. Alex. Auctore vitæ S. Eutychii P. CP. apud Surium Aprilis* VI. *Theophane, Miscella, Freculfo, Suida, Zon. Glyca, Man. Cedr. Niceph.*

XX.

TIBERIVS FL. MAVRICIVS, ex Arabisso Cappadociæ oppido oriundus, a socero Tiberio Augustus coronatus,

Imperator solus cœpit die XV. Augusti Indict. XV. anno DLXXXII. 15. Aug. 582.

Imperauit annos XX. menses III.

Vixit annos LXIII.

Occisus est prope Chalcedonem, cum filiis, iussu Phocæ, XXVII. die Nouembris, Feria III. Indictione VI. iam inchoata, anno DCII. 27. Nou. 602.

MAVRICII *vitam & res gestas fuse prosecuti sunt: Euagrius Scholasticus Antiochenus vsque ad annum Imperij eius duodecimum, hoc est Christi* DXCIV. *Menander Protector cuius historia præter pauca Excerpta intercidit, & Theophylactus Simocatta ex cuius libris duodecim, quos hoc primo historiæ Byzantinæ volumine emittimus, cæteri hauserunt: Chr. Alex. Theophanes, Freculfus, Miscella, Suidas, Zon. Glyc. Man. Cedr. Nicephorus, alii.*

XXI.

FL. PHOCAS ex Centurione in castris militari seditione Imperator acclamatus, Mauricio ex vrbe Regia fugiente,

Coronatus est XXIII. Nouembris, Feria VI. a Cyriaco Patriarcha CP. in Hebdomo, in templo S. Ioannis, Indictione VI. iam inchoata, anno Christianæ æræ DCII. cum die eiusdem mensis XXVII. Feria III. Mauricium iussit interfici. 23. Nou. 602.

Imperauit annos VII. cum X. mensibus & diebus XVIII.

Vixit annos. . . . .

Occisus est iussu Heraclii die V. Octobris, Feria II. Indictione XIV. iam inchoata, anno DCX. 5. Octob. 610.

PHOCÆ *res impie gestas exponunt Chronici Alexandrini auctor Anonymus, S. Nicephorus P. CP. in suo Breuiarii Historici, quod cum eruditissimis Notis R. P. Dionysii Petauii hoc primo Byzantinæ Historiæ volumine continetur, Theophanes atque ex eo Anastasius & Miscellæ auctor, Freculfus qui in calce libri* V. *secundæ partis subiicit opus illud suum ob amorem Iudith Augustæ susceptum a Christi Incarnatione ad obitum vsque S. Gregorii & initia Bonifacii Papæ perduxisse, Zon. Glycas, Man. Cedr. & Nicephorus, qui morte Phocæ librum decimumoctauum Historiæ suæ Ecclesiasticæ clausit.*

XXII.

FL. HERACLIVS, Heraclii Præfecti Africæ filius, eodem quo Phocas occisus est die, renuntiatus Imperator,

Coronatus est sub horam nonam, Feria II. die V. Octobris, Indictione XIV. anno DCX. a Sergio Patriarcha CP. in Magna Ecclesia. 5. Octob. 610.

Imperauit annos XXX. menses VI. & dies VI. aut VII.

Vixit annos LXV.

Obiit ex aqua intercute die XI. mensis Martii, Indictione XIV. anno Christi DCXLI. 11. Martii 641.

Anni Hegiræ quibus vtuntur Turcæ & Arabes proficiscuntur ab anno Heraclii XII. Christi DCXXII. die Iulii XVI. Feria VI. qua fugit e patria impius Mahometus.

HERACLII *vitam & res gestas dabunt Chronicon Alex. quod in annum Heraclii* XX. *Christi* DCXXX. *desinit, S. Nicephorus P. CP. in Breuiario, Theophanes & ex eo Anastasius ac Miscella, Suidas, Zon. Glycas, Man. Cedr. &c. quibus adiungi poterit Appendix ad Marii Auenticensis Chronicon, quæ in annum* XIV. *Heraclii &* XL. *Clotarii* II. *Francorum Regis desinit.*

XXIII. XXIV. XXV.

FL. Heraclius CONSTANTINVS, Heraclii ex Eudocia priore coniuge filius, patri succedit, & tres tantum menses cum aliquot diebus imperat, veneno sublatus a Martina nouerca & Pyrrho Patriarcha, Iunii XXII. post dies CIII. ab Heraclii obitu, eodem anno Christi DCXLI. quo, post sex menses a morte fratris, 22. Iunii 641.

FL. HERACLEONAS Heraclii & Martinæ filius, inchoata iam Ind. XV. & exeunte mense Decembri, amputatis decreto Senatus naribus, cum matre in exilium depulsus est.

Imperare cœpit a die XIV. Septembris anni DCCLXXV. 14. Sept. 775.

Imperauit annos quatuor, menses XI. & dies 25.

Vixit annos XXX. menses septem, ac dies 20. natus Ian. XXV. anno DCCL.

Obiit ex febri die VIII. mensis Sept. Indict. IV. iam inchoata, anno Christi DCCLXXX. 8. Sept. 780.

FL. CONSTANTINVS Leonis & Irenes filius sub matris tutela,

Imperare cœpit VIII. Sept. anni DCCLXXX.

Imperauit annos X. cum matre, eaque in ordinem anno DCCXC: redacta, solus an. VIII.

Vixit annos XXVII. & menses circiter septem natus Ianuarii XIV. anni DCCLXXI.

Oculis iussu matris effossis, mense Augusto anni DCCXCVII. Indictione V. paullo post obiit. 16. Aug. 797. Sunt qui diem XVII. Kal. Septembris designent.

FL. IRENE imperauit annos V. menses II. & dies XVI. vsque ad diem vltimum Octobris anni DCCCII. quo abdicare coacta post aliquot menses in Lesbo insula diem clausit extremum. 31. Oct. 802.

Imperante Irene a Leone Papa III. Romæ Imp. Occid. coronatus est Rex Franc. Carolus Magnus die XXV. Decemb. Natali Christi Domini, anno Christ. æræ DCCC. nondum exacto.

Horum vitas & gesta scripserunt Theophanes Confessor, ex quo sua mutuati sunt Anastasius Bibliothecarius, & Miscella quisquis est consarcinator, Zonaras, Glycas, Man. Cedr. &c.

XXXVIII. XXXIX. XL.

FL. NICEPHORVS ex generali Logotheta, Irene in Lesbon expulsa, imperium sibi vindicauit, pridie Kal. Nouemb. Feria II. XI. Ind. iam inchoata, anno Christi DCCCII. 31. Oct. 802.

Imperauit annos VIII. menses VIII. dies XXVII.

Occisus est in prælio aduersus Bulgaros Iulii XXVI. Indictione IV. anni DCCCXI. cui ad paucos menses successit 26. Iulii 811.

FL. STAVRACIVS a patre in consortionẽ imperii adlectus iam ab exeunte an. DCCCIII.

FL. MICHAEL Curopalates ac Rancabe dictus, Nicephori gener, Augustus atque Imperator salutatus,

Imperare cœpit die Octobris V. Feria V. Indictione V. iam inchoata, anno Christi DCCCXI. 5. Octob 811.

Imperauit solus, & cum filio Theophylacto, annos non integros duos, abdicare coactus anno DCCCXIII.

Horum vitas & gesta scripserunt Theophanes Confessor & Monachorum Agri Praefectus, cuius Chronicon hic desinit non secus ac Anastasii Bibliothecarii Ecclesiastica Historia & Paulli Longobardi Diaconi Aquiliensis, seu potius Landulfi Sagacis, aut Ioannis Diaconi, quæ dicitur Miscella; Ioannes Scylitzes Curopalates dictus, qui a Michaele Rancabe exorsus, vsque ad Alexii Comneni exordia vitas Impp. Orientis contexuit, Zonaras, Glycas, Manasses, Cedrenus, alii.

XLI.

FL. LEO ex Armenia oriundus, Bardæ cuiusdam filius,

Coronatus est a S. Niceph. Patr. CP. die Iulii XI. Feria II. Ind. VI. an. Christi DCCCXIII. 11. Iulii 813.

Imperauit annos VII. menses V. & dies XIV.

Vixit annos. . . . .

Occisus est a Michaele Balbo & coniuratis, ipso Natali Domini die XXV. Decembris anni DCCCXX. Indictione IV. inchoata. 25. Decemb. 820

Carolus Magnus moritur 28. Ianuarii DCCCXIV. Succedit Ludouicus Pius II. Occidentis Imperator.

LEONIS *vitam resque gestas docebunt Leo Grammaticus, & Anonymus, quem quidam Leontium Byzantinum vocitarunt, Scylitzes, Zon. Glyc. Man. Cedr. alii.*

XLII.

FL. MICHAEL ex Amorio Phrygiæ oppido oriundus, dictus a linguæ vitio Balbus, extincto Leone,

Imperare cœpit XXV. Decembris anni DCCCXX. 25. Decemb. 820.

Imperauit annos VIII. & menses IX.

Vixit annos. . . . .

Obiit Kal. Octobris Indict. VIII. iam inchoata anno DCCCXXIX. 1. Octob. 829.

De MICHAELE *Amoriano Leo, & existimatus Leontius, Styl. Zon. Glyc. Man. Cedr. necnon Suid.*

XLIII.

FL. THEOPHILVS Michaelis Balbi filius patri successit,

Imperare cœpit Kal. Octobris DCCCXXIX. 1. Oct. 829.

Imperauit annis XII. mensibus III. & diebus XX.

Vixit annos. . . . .

Obiit XX. Ianuarii, Indictione V. anno Christi DCCCXLII. 20. Ian. 842.

****

Ludouicus Pius secundus Occidentis Imperator moritur XX. Iunii die Dominico, succedit Lotharius eius filius.

THEOPHILI *vitam leges apud Leonem & Leontium, Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. quibus iunge Suidam, & vtrumque fragmentum quod de eius nuptiis edidit M. Crusius post Heliodori epitomen.*

XLIV.

FL. MICHAEL Theophili ac Theodoræ filius, potor siue ebriosus dictus, patri successit.

20. Ian. 841. Imperare cœpit XX. Ianuarii DCCCXLI.

Imperauit cum matre annis XIV. eaque redacta in ordinem anno DCCCLV. alios X. in summa annos XXV. menses III.

Vixit annos. . . . .

23. Aprilis 867. Occisus est temulentus a Basilio Macedone XXIII. Apr. Ind. II. an. Christi DCCCLXVII.

Lotharius tertius in Occidente Francorum Imperator moritur in monasterio Prumiensi XXVII. Sept. DCCCLV. cum paullo ante Ludouico filio Italiam cum Imperio reliquisset.

MICHAELIS *huius meminerunt Leo, aliique Theoph. continuatores, Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. alii.*

XLV.

FL. BASILIVS in Macedonia natus, sed ab Armenia trahens originem, ex genere Arsacidarum testibus Anonymo qui de eo fusissime scripsit iussu Constantini Porphyrogenetæ & Ioanne Scylitza, ab ipso Michaele Imperator creatus, ipso die Pentecostes Maii

26 Maii 866. XXVI. Indictione I. anno DCCCLXVI.

23. Aprilis 867. Imperare cœpit, extincto Michaele XXIII. Aprilis Indict. II. anno DCCCLXVII.

Imperauit solus annos XVIII. menses X. & dies VII.

Vixit annos. . . . .

1. Martii 889. Obiit Kal. Martiis, Indictione VII. anno Christi DCCCLXXXIX.

Ludouicus quartus Francorum Imperator Occidentis moritur anno DCCCLXXV. Carolus Caluus XXV. Dec. eiusdem anni a Ioanne Papa VIII. Romæ coronatus, anno DCCCLXXVII. in Alpibus moritur VI. Oct. Carolus Crassus moritur XIII. Ian. DCCCLXXXVIII.

BASILIVM *Macedonem celebrant Anonymus ille, quem Leontium Byzantium appellant, Leo Gramm. Scyl. Zon. Glycas, Man. Cedr.*

XLVI. XLVII.

FL. LEO Philosophus, siue Sapiens dictus, patri successit.

1. Martii 889. Imperare cœpit Kal. Martiis Indict. VII. anno DCCCLXXXIX.

Imperauit annos XXII. menses III.

Vixit annos. . . . .

11. Iunii 911. Obiit die Iunii XI. Indict. XIV. anno Christi DCCCCXI.

FL. ALEXANDER Basilii Macedonis filius, fratri Leoni succedit.

Imperauit annum vnum minus aliquot diebus.

7. Iunii 912. Obiit die Iunii VII. labente Indictione XV. anno Christi DCCCCXII. Onuphrius annum vnum & mensem similiter vnum Alexandro assignat, quem obiisse restatur circa Kalendas Iulias, Leonem vero fratrem eius pridie Nonas Iunii anni superioris, quæ pensiculatius examinabuntur a nobis in Chronico Nouæ Romæ.

Arnulfus moritur anno DCCCC. eiusque filius Ludouicus, postremus apud Germanos ex stirpe Caroli Magni, Ianuarii die XXI. anno DCCCCXII.

LEONIS *huius, quem sextum numerant, atque Alexandri fratris eius gesta vide apud Leonem aliosque Theophanis continuatores, Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr.*

XLVIII. XLIX.

FL. CONSTANTINVS, Zenonis Philosophi ex Zoe quarta coniuge filius, Porphyrogenitus atque octauus vulgo appellatus,

7. Iunii 912. Imperare cœpit, mortuo patruo, septennis puer VII. Iunii DCCCCXII.

Imperauit cum Zoe matre annos VIII. tum ea anno DCCCCXIX. eiecta, cum ROMANO Lecapeno socero suo, eiusque filiis, annos XXV. iisque de solio deturbatis sub finem anni DCCCCXLIV. solus annos XV.

Vixit annos LIV. natus anno Christi DCCCCVI.

9. Dec. 959. Obiit die Nouembris IX. Indictione III. iam inchoata, anno Christi DCCCCLIX.

Conradus moritur XXIII. Decembris anni DCCCCXIX. Henricus Auceps dictus moritur II Iulii DCCCCXXXVI. successore Othone filio relicto, qui anno demum Christi DCCCCLXII. Indictione V. Romæ a Ioanne Papa coronatus est Imperator Romanorum.

CONSTANT. & ROM. *res gestas præter MSS. Continuatores Theop. dabunt Scyl. Zon. Glyc. Man. Ced.*

L.

FL. ROMANVS iunior Constantini Porphyrogennetæ filius,

Imperare cœpit die IX. Nouembris DCCCCLIX. 9. Nou. 959.
Imperauit annos III. & menses IV.
Vixit annos XXIV.
Obiit ..... Indict. VI. anno Christi DCCCCLXIII. 963.

De eo Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr.

LI.

FL. NICEPHORVS, Phocas dictus, Romano absque liberis mortuo, subrogatus,
Imperare cœpit anno DCCCCLXIII. 963.
Imperauit annos VI. & menses aliquot.
Vixit annos LVII.
Occisus est vxoris Theophanus insidiis die Decembris XI. Indictione XIII. inchoata, anno Christi DCCCCLXIX. 11. Dec. 969.

De eo Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. & qui ad illum Legatus ab Otthone Imp. venit Luitprandus Ticinensis Diaconus.

LII.

FL. IOANNES Tzimisces post necem Phocæ salutatus Augustus,
Imperare cœpit XI. Decembris anni DCCCCLXIX. 11. Dec. 969.
Imperauit annos VI. minus aliqnot diebus.
Vixit annos.
Periit veneno die IV. Decembris Indict. IV. anno DCCCCLXXV. 4. Dec. 975.
Otthoni mortuo VII. Maii Feria IV. ante festum Pentecostes anni DCCCCLXXIII. successit Ottho II. filius, cuius imperii anni numerari incipiunt a fine anni DCCCCLXVII. quo a Ioanne XIII. Romæ coronatus est.

TZIMISCÆ *vitam scripsere Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr.*

LIII. LIV.

FL. BASILIVS iunior Porphyrogenitus dictus Bulgarorum domitor, & frater eius,

FL. CONSTANTINVS Porphyrogenitus, Romani iunioris filii.
Imperare cœperunt exeunte anno DCCCCLXXV. sub finem 975.
Imperauit Basilius an. L. Constantinus, qui triennio superstes fuit, an. præterpropter LIII.
Vixit Basilius annos LXX.
Obiit mense Decembri anni MXXV. Indictione IX. frater vero eius Constantinus Nouembri mense, anni MXXVIII. Indictione iam inchoata XII. Decemb. 1025. Nou. 1028.

Moritur Ottho II. die VII. Decembris anni DCCCCLXXXIII. eius filius & successor Ottho III. obit in Italia XXIII. Ianuarii anni MII. sanctus vero Henricus Claudus aut secundus dictus die XIV. Iulii anni MXXIV. sepultus Bambergæ.

Horum vitas reperies apud Scyl. Zon. Glyc. Man. atque Cedrenum.

LV.

FL. ROMANVS Argyrus, siue Argyropylus dictus, ducta in coniugem Zoe, Constantini Ang. filia, capessiuit imperium statim ab obitu soceri, mense Nouembri anni MXXVIII. Nou. 1028.
Imperauit annos V. & menses VI.
Vixit annos XLVI.
Interfectus fuit die Aprilis XI. Feria V. Maioris Hebdomadæ, Ind. II. an. Christi MXXXIV. 11 April. 1034.

De eo Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. & Anonymi plures.

LVI.

FL. MICHAEL Paphlago, a Zoe adultera extincto marito, ad Imperium vocatus,
Imperare cœpit Aprilis die XI. anno MXXXIV. 11. April. 1034.
Imperauit annos VII. & menses VIII.
Vixit annos. .....
Obiit, sumpto monachi habitu, die Decemb. X. Ind. X. iam inchoata, anno Christi MXLI. 10 Dec. 1041.

Conradus iunior S. Henrici successor obiit V. Iunii Feria III. Pentecostes Vltraiecti, anno Christi MXXXIX.

MICHAELIS *huius vitam vide apud Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. & Anonymos.*

LVII. LVIII.

FL. MICHAEL Calaphates, seu Calæphatus, a Zoe in filium adoptatus & Aug. creatus,

Imperat menses IV. & dies V.

1041. Excæcatus anno MXLII. Indictione X.

FL. CONSTANTINVS Monomachus appellatus, Zoes vxoris assensu ac volun-
12. Iun. 1042. tate, Coronatur die Iunii XII. Indict. X. anno Christi MXLII.
Imperat annos XII.
Vixit annos.
Exeunte anno 1054. Obiit anno MLIV. inchoata iam Indict. VIII. circa Kal. Decembris, vt quidam asserunt.

Augusto 1056. Succedit Constantino THEODORA Zoes iam defunctæ soror; ad vnum annum, octo menses, & dies aliquot, Augusto quipppe mense anni MLVI. Indictione nona currente decessisse dicitur,

Horum meminerunt Scyl. Zon. Glyc. Man. Cedr. & Anonymi.

LIX.

FL. MICHAEL Senior ac Stratioticus dictus, post Theodoram
Augusto 1056. Imperare cœpit Augusto mense anni MLVI.
Imperauit annum vnum cum diebus aliquot.
Vixit annos.
31. Aug. 1057. Abdicauit die XXXI. mensis Augusti, exeunte Indictione X. anno Christi MLVII.

Henricus Tertius moritur V. Octobris anni MLVI. cui successit Henricus Quartus filius.

MICHAELIS *huiusce vitam scripserunt Scyl. Zon. Glyc. Man. & Georgius Cedrenus Monachus, qui Annales suos a prima rerum origine ad Isaacii Comneni inaugurationem deduxit, vt nihil dicam hic de variis absque nomine Chronicorum auctoribus.*

LX.

FL. ISAACIVS Comnenus Stratiotico subrogatur.
1. Sept. 1057. Imperare cœpit Kal. Septembris anni MLVII. Indictione XI. ineunte.
Imperauit annos duos & menses tres.
Vixit annos.
Decemb. 1059. Abdicauit mense Decembri, anni MLIX. Indictione inchoata XIII. & in Studii Monasterium se abdidit.

De eo Scyl. Zon. Glycas, Manasses, Anonymi, &c.

LXI.

FL. CONSTANTINVS Ducas Andronici filius, sponte cedente Isaacio Comneno,
Decemb. 1059. Imperare cœpit Decembri mense anni MLIX. die Natalis Domini coronatus.
Imperauit annos VII. & menses VI.
Vixit annos LX.
5. Iun. 1067. Obiit die Iunii V. Indictione V. anno Christi MLXVII.

De eo Scyl. Zon. Glycas, Manasses & plures Anonymi.

LXII.

FL. ROMANVS, Diogenes dictus, Eudociam Augustam post septimum ab obitu Constantini mensem ducit vxorem, & cum tribus Cæsaribus priuignis suis,
13. Ianuarii 1068. Imperare incipit ineunte anno MLXVIII. Idibus Ianuarii.
Imperauit annis III. & mensibus VIII. & diebus XII.
Vixit annos. . . . .
Octobri 1071. Obiit effossis oculis, abrogatoque imperio circa Kal. Octobris anni MLXXI. Indictione inchoata X.

ROMANI *vitam dabunt Scylitzes, Zonaras, Glycas, Manasses, nec omittendus Gullelmus Tyrius Archiepiscopus libro primo Sacræ Historiæ, & alii.*

LXIII.

FL. MICHAEL Ducas siue Parapinacius Constantini Ducæ filius Vitrico succedens,
Octobri 1071. Imperare cœpit circa Kal. Octobris MLXXI.
Imperauit annos VI. & menses VI.
Vixit annos.
Aprilis 1078. Abdicare coactus VII. die mensis Aprilis, sabbato Maioris Hebdomadæ, anno MLXXVIII. Indict. prima, & in Studii Monasterium detrusus paullo post Ephesi Metropolita factus est.

PARAPINACII *vitam vide apud Scyl. Zon. Glyc. Man. & Anonymos.*

LXIV.

FL. NICEPHORVS, Botaniates dictus, Turcarum fretus auxiliis, Constantinopoli Imperator renuntiatus XXV. Martii, deiectoque mox Parapinacio, solus

Imperare cœpit die VII. Aprilis MLXXVIII. 7. April. 1078.

Imperauit annos III. & dies aliquot.

Vixit annos.

Abdicare cogitur exeunte Martio mense, anni MLXXXI. Indictione V. Martio 1081.

BOTANIATÆ *vitam repete sis ex Zonara, Glyca & Constantino Manasse, qui vlterius non est progressus in Historia siue Annalibus, quos versibus Politicis ab initio mundi concinnauit. Attigit quoque Nicephori huius tempora Ioannes Curopalates, cognomine Scylitzes, qui exorsus a Michaele Curopalata, vbi Theophanes desinit, Historiam suam vsque ad Alexii Comneni inaugurationem non perduxit: imo & in plerisque codicibus MSS. vsque ad Isaacii Comneni tempora duntaxat porrigitur, vt videatur Cedrenus in codicem similem incidisse.*

LXV.

FL. ALEXIVS Comnenus Isaacii Augusti filius, Botaniata in cœnobium truso,

Imperare cœpit Kal. Aprilis, Feria V. Maioris Hebdomadæ, Indictione IV. anno Christi MLXXXI. Mundi vero ex supputatione Chronologi Anonymi, quem post S. Nicephori P. CP. Breuiarium Historicum edidit R. P. Dionysius Petauius Societatis IESV anno VIMDLXXXIX. 1. Aprilis 1081.

Imperauit annos XXXVII. menses IV. & dies XV.

Vixit annos circiter LXX.

Obiit anno Mundi VIMDCXXVI. Christi MCXVIII. Indictione XI. vt quidam volunt sub vesperam diei Augusti XV. seu XVIII. Kal. Septembris, ex Zonara & Petro Diacono libro IV. Historiæ Cassinensis. 15. Aug. 1118.

Henricus IV. moritur X. Augusti anno MCVI. & Leodii sepelitur. Succedit Henricus V.

ALEXII *Comneni vitam & res gestas consignauit quindecim libris filia eius Anna Comnena Cæsarissa, Bryennii vxor, quam paullo post publicabimus integram. Scripserunt quoque Ioannes Zonaras Monachus, & Michael Glycas Siculus, qui duo scriptores ab ortu rerum Annales suos ad obitum vsque Alexii pertexuerunt. Iuuerit etiam legisse Othonem Frisingensem, Guillelmum Tyrium, aliosque nostrates Historicos qui de Godefridi Bullionis expeditione in Palestinam scripserunt.*

LXVI.

FL. IOANNES Comnenus, dictus Caloioannes, Alexii filius,

Imperare cœpit anno MCXVIII. Augusto mense. 16. Aug. 1118.

Imperauit annos XXIV. menses VIII. & dies aliquot.

Vixit annos.

Obiit mense Aprili anni MCXLIII. Indictione VI. Aprili 1143.

Henricus V. Imp. moritur Vltraiecti XXII. Aprilis, vel vt alii Feria V. in Pentecoste anno MCXXV. succedit Lotharius Saxoniæ Dux, qui anno MCXXXVII. moriens XXIX. Nouembris, Imperium Occidentis Conrado II. reliquit.

CALOIOANNIS *vitam & res gestas leges apud Ioannem Sinnamum libro primo, & Nicetam Choniatem, qui duo ab eius imperio duxerunt scribendi principium; Othonem Frisingensem Episcopum, & Guillelmum Tyrium Archiepiscopum.*

LXVII.

FL. MANVEL Comnenus a patre Ioanne Isaacio fratri natu maiori prælatus,

Imperare cœpit Aprili mense anni MCXLIII. Aprili 1143.

Imperauit annos XXXVII. menses V. & dies aliquot.

Vixit annos plus minus LXI.

Obiit Septembri mense teste Niceta Acominato, vel, vt alii III. Octobris die, inchoata iam Indictione XIV. anno Christi MCLXXX. Sept. 1180.

Conradus Henrici V. ex sorore nepos, moritur XV. Februarii Feria V. proxima a capite ieiunii quadragesimalis, anno MCLII. succedit nepos eius Fredericus senior, seu Ænobarbus.

MANVELII *vitam ac res gestas fusissima narratione complexi sunt Ioannes Sinnamus Grammaticus, qui sub Manuele militauerat, libro secundo qui in MS. imperfectus est, & Nicetas Choniates libris septem.*

LXVIII.

FL. ALEXIVS iunior Comnenus Porphyrogenitus Manueli patri succedit.
Sept. 1180. Imperare cœpit sub Autumnum anni MCLXXX.
Imperauit annos III. & dies aliquot.
Vixit annos XIV. saltem non expleuit XV.
Occisus est ab Andronico, Alexii maioris nepote, Isaacii Comneni filio, & Manuelis pa-
Octobri 1183. truele Octobri mense, Indict. II. iam inchoata, anno Christi MCLXXXIII.

De eo videndus Nicetas Choniates, cui iunge Guillelmum Tyrium.

LXIX.

FL. ANDRONICVS Comnenus filius Isaacii Comneni & Alexii senioris nepos, necato Alexio,
Octobri 1183. Imperare cœpit solus sub Autumnum anni MCLXXXIII.
Imperauit annum vnum, menses XI. & dies aliquot.
Vixit annos.....
Occisus est a furenti plebe XII. Septembris Indictione IV. iam inchoata, anno Christi
12. Sept. 1185. MCLXXXV.

De eo Nicetas Choniates libris duobus.

LXX.

FL. ISAACIVS Angelus, populari tumultu necato Andronico, eiusque filiis Ioanne & Manuele excæcatis, subrogatus,
12. Sept. 1185. Imperare cœpit XII. Sept. anno MCLXXXV.
Imperauit annos IX. menses VII. & dies aliquot.
Nondum quadragenarius erat, cum regno pulsus est, inquit Nicetas.
10. April. 1195. Excæcatus est iussu Alexii fratris X. Aprilis Indict. XIII. anno Christi MCXCV.

Fredericus Ænobarbus submergitur in fluuio Minoris Armeniæ X. Iunii die Dominico, anno Christi MCXC. Succedit Henricus VI. eius filius.

De Isaacio Angelo idem Nicetas libris tribus.

LXXI. LXXII. LXXIII.

FL. ALEXIVS Angelus, Comnenus ac Porphyrogenitus dictus, exacto, luminibusque priuato Isaacio fratre,
10. April. 1195. Imperare cœpit X. Aprilis MCXCV.
Imperauit annos VIII. menses III. dies X.
Vixit annos.....
20. Iul. 1203. Fugatus est capta a Balduino & Venetis vrbe CP. XX. Iulii Indict. VI. anno MCCIII. Christianæ Epochæ; at Mundanæ, ex epilogismis Græcorum vulgaribus VIMDCCXI. vt habet Nicetas Choniates.

FL. ALEXIVS Isaacii Angeli filius, cum patre cæco per aliquot menses regnauit.

FL. ALEXIVS Ducas Murtzuphlus siue Myrsiflus dictus, tyrannus potius quam Imperator, exeunte Ianuario anni MCCIV. ad vnum mensem: capta iterum a Francis & Venetis Constantinopoli XII. die mensis Aprilis, Feria secunda Hebdomadis sextæ Quadragesimæ, quæ dicitur post Dominicam Passionis, Indictione VII. exactus est, fuitque interregnum in Oriente mensis vnius & dierum quatuor, inquit Onuphrius.

Henricus VI. Imp. moritur in Apulia XXVIII. Septembris anni MCXCVII. Ottho & Philippus eliguntur Imperatores.

Horum Imperatorum vitam, & quæ capta vrbe gesta sunt, docebit idem qui supra Nicetas Acominatus Choniates scriptor non vulgaris. Hinc exorditur Chronicon suum vulgatum Georgius Acropolites Logotheta vsque ad receptam a Græcis Constantinopolim cuius extrema verba mirum est tantum negotium creasse Theodoro Dousa, vt ea cum amicis suis atque opitulatoribus eruditis interpretari non valuerit.

LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII.

FL. THEODORVS Lascaris Alexii Angeli gener, cuius filiam Annam duxerat in matrimonium, occupata a Latinis CP. Nicææ in Bithynia Græcor. Imperium administrauit.
1205. Imperare cœpit eodem anno MCCIV. aut potius sequenti.
Imperauit annos XVIII.
Vixit annos XLVIII. vt quidem testis est Acropolites.
1222. Obiit anno Christi MCCXXII.

FL. IOANNES Ducas, Batatzes, siue Diplobatazius cognominatus, Didymoticho oriundus, Protouestiarius succedens socero Lascari, cuius filiam Annam duxerat, a Patriarcha Manuele coronatus,

Imperare cœpit anno MCCXXII. 1222.

Imperauit annos XXXIII. vt diserte asserit Acropolites in contextu Græco: nam tres ei annos præcidit Donsa in versione Latina.

Vixit annos LXII. eodem Acropolita auctore.

Obiit anno MCCLV. 1255.

FL. THEODORVS iunior Lascaris siue Ducas, & Constantinus a quibusdam dictus patri successit.

Imperare cœpit anno MCCLV. 1255.

Imperauit annos plus minus quatuor, ideoque in Græco textu Acropolitæ male [illegible], pro δ'. excusum fuit.

Vixit annos XXXVI. natus eo tempore quo pater eius Imperator creatus est.

Obiit anno Christi MCCLIX. 1259.

FL. IOANNES Theodori Lascaris filius, post aliquot imperii annos excæcatus est a Michaele Palæologo, postquam ex Despota in clypeum a nobilibus sublatus, & a Patriarcha Arsenio diademate imperiali exornatur, Latinos e Regia vrbe deiecisset.

Quatuor istorum Impp. res gestas descripserunt Georgius Acropolita dictus Vestio Ioannes Logotheta, & Nicephorus Gregoras: Phranzes quoque Protouestiarius inde incipit Chronica siue Historiæ libros quatuor, quibus colophonem imposuit anno Christianæ Æræ MCCCCLXXVII. *Mundana ex calculo Græcorum* VIMDCCCCLXXXV *Martis* XXIX. *Indictione* XI.

CONSTANTINOPOLIM interim Latini tenuerunt annis LIX. quorum primus Imperator fuit,

BALDVINVS Balduini filius Flandrensium Comes creatus XVI. Maii MCCIV. captus a Ioanne Bulgarorum rege XV. die Aprilis Indictione VIII. an. Christi MCCV. & post sedecim menses trucidatus.

HENRICVS Balduini frater secundus Latinorum Imperator cœpit post mortem fratris anno MCCVI. die XIV. Augusti, Imperauit annos IX. & menses aliquot. Obiit anno MCCXVI.

PETRVS Autissiodorensis Comes, qui Iolantam Henrici sororem duxerat, coronatus Romæ ab Henrico III. Pontifice Constantinopolim adire non potuit, captus a Theodoro Dyrrachii Principe & Theodoro Lascari traditus.

ROBERTVS Petri Antissiodorensis filius IV. ex Latinis Orientis Imperator per VII. plus minus annos: cui successit

BALDVINVS Roberti frater, qui anno MCCLXI. a Michaele Palæologo expulsus est cum Latinis quos Phranzes asserit Constantinopolim occupasse annos LIX. menses tres & dies quatuor, alii tantum LVIII. numerant, vt Acropolites, cuius hæc postrema verba ab interprete non intellecta: [illegible] iis autem designatur captæ vrbis annus 6712. Aprilis 12. Christi 1204. receptæ vero annus 6769. Christi 1261. Iulii 25. Indictione IV.

Occidentis Impp. mortui sunt Philippus XXI. Iunii MCCVIII. Ottho IV. die XXVII. Aprilis, Fredericus II. die XXVI. Decemb. MCCL. Henricus Landtgrauius XVI. Februarii MCCXLVII. Guillelmus Comes Hollandiæ XXV. Ianuarij MCCLVI.

LXXVIII.

FL. MICHAEL Palæologus Andronici filius, excæcato pupillo Ioanne vix decem aut vndecim annos nato, imperium solus administrauit ad annos plus minus XXII. Phranzes imperii XXIII. defunctum dixit.

Balduinum Latinosque per Alexium Cæsarem Constantinopoli expulit XXV. Iulii, vt ait Acropolites, Indictione IV. anno MCCLXI. cum paullo ante creatus Augustus esset, necdum Ioannem Lascarim luminibus priuasset.

Obiit in castris inter Pachomium & Allagen anno MCCLXXXIII. Mundi ex calculo Græcorum VIMDCCXCI. Indictione XIV.

Vixit annos LVIII.

Richardus frater Regis Angliæ, ex Comite Cornubiæ, Imp. seu Rex Romanorum moritur die altera Aprilis MCCLXXI.

MICHAELIS *Paleologi præter Nicephorum Gregoram meminerunt Georgius Pachymeres, cuius historiam integram conseruant Codices MSS. Bibliothecarum Regiæ ac Barberinæ, & Georgius Phranzes Protouestiarius, qui a Paleologis librum primum orditur cum aliis tribus Latinitate donatum a R. P. Iacobo Pontano Societatis* IESV.

LXXIX.

FL. ANDRONICVS Palæologus senior, Michaelis Augusti filius, & alterius Michaelis pater qui in carmine Iambico dicitur Palæologorum tertius.

1283. Imperare cœpit anno MCCLXXXIII.

Imperauit annos plus minus XLIV. Phranzes numerat XV. forte antequam consortem regni faceret Michaelem filium, quem die Constantini Magni coronatum affirmat Pachymeres, qui tamen, &c.

Vixit annos LXXII.

Abdicare coactus est quadriennio ante obitum, qui contigit mense Februario anno æræ
Februario 1332. Christianæ MCCCXXXII. Græcorum ab orbe condito VIMDCCCXL. Indictione XV. cum factus Monachus pro more priori mutato, Antonii nomen assumpsisset.

Rodulfus ex Habspurgensi Comite Imperator moritur XV. Iulii MCCXCI. Adolfus Nassouius eius successor occiditur in prælio die II. Iulii MCCXCVIII. Albertus Austriacus occiditur similiter in prælio Kal. Maii MCCCVIII. Henricus Lutzenburgensis veneno perit XIV. Augusti MCCCXIII. Fredericus Dux Austriæ capitur in prælio XXIX. Septembris MCCCXXIII. a Ludouico Bauaro, qui Romæ XVII. Ianuarii die Dominico anni MCCCXXVIII. a populo Imperator coronatus, veneno postea extinguitur anno MCCCXLVII.

ANDRONICI *vitam & cum nepote intestinum bellum quod durauit annos sex & mensem vnum a 19. Aprilis anni ab orbe condito 6829. Christi 1321. Indictione IV. ad 19. Maii anni Mundani 6835. Christi 1327. Indictione X. exhibent Nicephorus Gregoras, Ioannes Cantacuzenus, Georgius Phranzes. Huic vero historiam Ecclesiasticam dicauit Nicephorus Callisti Xanthopuli dictus. Georgius Pachymeres, quantum ex fragmento libri* XIII. *apud Vvolfium colligere possumus historiam pertexuit vsque ad annum huius Andronici* XXIII. *quem cum* XII. *Michaelis eius filii coniungit.*

LXXX.

FL. ANDRONICVS Palæologus iunior Michaelis tertii Palæologi diu ante patrem mortui filius, & Andronici senioris nepos auo successit.

19. Maii 1327. Imperare cœpit ab anno 1327. Maii 19. Indictione X. quo de solio deiectus est senior, tum
Februario 1332. eo mortuo a mense Februario anni MCCCXXXII. Indictione XV.

Imperauit post obitum aui annos IX. in vniuersum annos XX. hoc est ab obitu patris eius Michaelis anno MCCCXXI. quod non expenderat, qui notationem addidit ad caput XII. libri primi Phranzæ Protouestiarii.

Vixit annos XLV.

16. Maii 1341. Obiit Feria IV. die XVI. Maii anno Christi MCCCXLI. Mundi 6849. Indictione IX. relictis Ioanne & Manuele filiis sub tutela Ioannis Cantacuzeni.

Videndi de illo iidem Nicephorus Gregoras, quique eum sæpe arguit Ioannes Cantacuzenus; iisdem adiungi poterunt Georgius Phranzes, & Laonicus Chalcondylas, cum Anonymis.

LXXXI.

FL. IOANNES Cantacuzenus tutor Ioannis & Manuelis filiorum iunioris Andronici, coronatus Didymotichi Imperator more solemni, vt ipse pluribus libro tertio explicat.

26. Maii 1341. Imperium regere cœpit anno MCCCXLI.

Vixit annos.

Abdicat ornamentis Imperatoriis in palatio depositis anno Christi MCCCXLVII. Indictione XV. & fit Monachus, assumpto Ioasaphi nomine.

Consulendus præter alios iam citatos, quid de se suaque administratione scribat idem Cantacuzenus ex Imperatore factus Monachus, & Ioasaphus Christodulus mutato fictoque nomine dictus.

LXXXII.

FL. IOANNES Palæologus Andronici iunioris filius, pulso tutore ac socero suo Cantacuzeno, vel vt ipse narrat, sponte sua abdicante,

1347. Imperare cœpit anno Christi MCCCXLVII.

Imperauit solus & cum Manuele filio annos XXXVII.

Vixit annos.

1384. Obiit anno MCCCLXXXIV. Ind. VII. vt quidam viri docti asserunt, certiora enim pollicemur in nostro Nouæ Romæ Chronico, vbi omnia ad trutinam exigemus maiori cura, cum qui modo premuntur scriptores illius temporis, in lucem exierint publicam.

Caro-

Carolus IV. Imperator Occidentis moritur XXVI. Februarii anno MCCCLXXIX.

De Ioanne illo Laonicus Chalcocondylas, Georgius Phranzes, & Anonymi plures.

LXXXIII.

FL. MANVEL Palæologus fratri Ioanni succedit.
Imperare cœpit anno Christi MCCCLXXXIV. 1384.
Imperauit annos XXXVII. In Historia Politica tantum habentur XXV. in Phranze XXXII.
Vixit annos LXXV. cum diebus XXV.
Imperare desiit mense Ianuario anni MCCCCXIX. Indictione XII. ab orbe condito VIMDCCCCXXVII. nam tantum obiit XXI. Iulii MCCCCXXV. Ianuario 1419. 21. Iulii 1425.

Venceslaus ex Rege Boemiæ Imperator deponitur XX. Augusti anni MCCCC. eiusque successor Rupertus Bauarus moritur anno MCCCCXI.

MANVELIS *meminerunt Laonicus Chalcocondylas, Georgius Phranzes, qui se eo imperante testatur XXX. Aug. anni* MCCCCII. *Mundi* VIMDCCCCIX. *natum esse, Anonymus Auctor historia Politica apud Crusium, aliique.*

LXXXIV.

FL. IOANNES Palæologus Manuelis filius, is qui interfuit Concilio Florentino, anno Christi MCCCCXXXVIII.
Imperare cœpit anno MCCCCXIX. die XIX. Ianuarii, qua Augustus in æde S. Sophiæ inauguratus est, & solemni cerimonia Sophiam filiam Marchionis Montisferrati duxit vxorem. 19. Ian. 1419.
Imperauit annos XXIX. Phranzes tantum numerat annos regni XXIII. menses III. & dies X.
Vixit annos LVII. menses X. dies XV.
Obiit XXXI. die Octobris ann. MCCCCXLVIII. Indictione XII. iam inchoata. 31. Oct. 1448.

Sigismundus Imperator moritur IX. Decembris MCCCCXXXVII. & Albertus Austriacus 27. Octobris anni MCCCCXXXIX. cui successit Fredericus Austriacus Maximiliani pater, anno demum Christi MCCCCXCIII. mortuus VIII. Sept. in Natiuitate B. Virginis.

De IOANNE *hoc scripserunt sub finem primi & initio libri 2. Phranzes & Anonymi, quos suo tempore publicabimus.*

LXXXV.

FL. CONSTANTINVS Palæologorum vltimus in Oriente Imperator, Ioannis frater, necnon Demetrii & Thomæ Palæologorum, qui se in Peloponneso intestinis bellis atque dissidiis attriuerunt.
Imperare cœpit anno MCCCCXLIX. secundum Græcos ab orbe condito VIMDCCCCLVII. die VI. Ianuarii Spartæ in Peloponneso imperatorio diademate insignitus venit CP. XII. Martii eiusdem anni. 6. Ian. 1449.
Imperauit annos V. & menses V. cum diebus XXIV.
Vixit annos XLIX. menses III. dies XX.
Occisus est, capta a Mahomete Turcarum Imperatore Constantinopoli die XXIX. mensis Maii anno MCCCCLIII. labente Indictione prima, Feria tertia post Dominicam quæ dicitur sanctissimæ Trinitatis, anno Mundi ex calculo Græcorum VIMDCCCCLXI. 29. Maii 1453.

De Constantinopoleos a Turcis expugnatione & Constantini morte, præter Laonicum Chalcocondylam, Georgium Phranzem toto libro tertio & Adespoton Chronicon Bibliothecæ Regiæ, legendum Matthæi Camariotæ fragmentum in Epistola Theodosii Zygomalæ, quam edidit vertitque Latine in sua Turcogræcia Martinus Crusius cum Historia Politica, aliisque pluribus.

*****

DE

IMPERATORIBVS ORIENTIS,

A CONSTANTINO I. AD CONSTANTINVM XV.

CARMEN IAMBICVM.

Ex Codice nostro MS. quem cum Regiis duobus contulimus.

ΤΩΝ Χριστιανῶν τοὺς βασιλεῖς μοι σκόπει
Κωνσταντῖνος πρώτιστος εὐσεβοκράτωρ.
Κωνστάντιος παῖς οὐ καλὸν σέβας τρέφων.
Ἰουλιανὸς δυσσεβὴς παραβάτης,
Ἰοβιανὸς εὐσεβέστατος λίαν.
Οὐαλεντινιανὸς εὐσεβῶν κλέος,
Σὺν Οὐάλῃ μάλιστα τῷ παναθλίῳ.
Καὶ Γρατιανὸς, Θεοδόσιος μέγας.
Σὺν Ἀρκαδίῳ, Θεοδόσιος νέος.
Ὁ Μαρκιανὸς, καὶ Λέων ὁ Μακέλλης.
Ζήνων, Ἀναστάσιος μονοφυσίτης.
Ἰουστῖνος Θρᾷξ, Ἰουστινιανός τε
Κτίστωρ Σοφίης, πλημμελὴς κατὰ σέβας.
Ἰουστῖνος ἔσχατος ἐν πᾶσι πρέπων.
Ὁ Τιβέριος, καὶ Μαυρίκιος πάλιν
Φωκᾶς ὁ δεινὸς, σύγχυσις Ἡρακλείου.
Κωνσταντῖνος παῖς εὐσεβῶν κατὰ κράτος.
Κώνστας Μυσαρὸς ἐκγόνων Ἡρακλείου.
Ὁ Κωνσταντῖνος εὐσεβὴς Πωγωνάτος.
Καὶ Ἰουστινιανὸς ἐκκοπεὶς ῥῖνα.
Λεόντιος τύραννος, σὺν Ἀψιμάρῳ.
Πάλιν ὁ Ῥινότμητος, σὺν Τιβερίῳ.
Φιλιππικὸς δύστηνος Βαρδάνης ἅμα.
Ἀναστάσιος Ἀρτέμιος τὴν κλῆσιν.
Ἀτραμυττηνὸς Θεοδόσιος ἄφρων.
Ὁ δὲ Λέων Ἴσαυρος εἰκονομάχος.
Σὺν Κοπρωνύμῳ, καὶ Λέων ἐκ Χαζαρίας.
Εἰρήνη λαμπρὰ καὶ Κωνσταντῖνος νέος.
Ὁ τοῦ γενικοῦ δυστυχὴς Νικηφόρος.
Ὁ Σταυράκιος, Μιχαὴλ Ῥαγκαβέος.
Λέων ὁ Ἀρμένιος εἰκονομάχος.
Τραυλὸς Μιχαὴλ, καὶ Θεόφιλος ἴσοι.
Πότης Μιχαὴλ, καὶ Θεοῦ λαμπρὰ δόσις.
Μακεδὼν Βασίλειος, ὁ σοφὸς Λέων
Ἀλέξανδρός τε, Ῥωμανὸς ἐκ Λεκάπης
Ὁ πορφυρανθὴς εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος.
Νέος Ῥωμανὸς, καὶ Φωκᾶς Νικηφόρος.
Λαμπρὸς στρατηγὸς Τζιμίσκης Ἰωάννης.
Καὶ Βασίλειος ὁ καὶ Βουλγαροκτόνος.
Ὁ Κωνσταντῖνος σύγγονος Βασιλείου.
Ἄλλος Ῥωμανὸς Ἀργυρόπουλος λέγω.
Διττοὶ Μιχαὴλ Παφλάγων, Καλαφάτης.
Καὶ Κωνσταντῖνος ἐκ γένους Μονομάχων.
Γέρων Μιχαὴλ, πορφύρας Θεοδώρα.
Πρῶτος Κομνηνὸς Ἰσαάκιον λέγω.
Καὶ Κωνσταντῖνος τῶν Δουκῶν ἀρχὴ πάλιν.
Κλεινὸς στρατηγὸς Ῥωμανὸς Διογένης.
Παραπινάκης Μιχαὴλ γόνος Δούκα.
Βοτανειάτης ἔκλυτος Νικηφόρος.
Κομνηνὸς Ἀλέξιος ἀριστεὺς μέγας.
Ὁ βασιλικὸς ἀνδριὰς Ἰωάννης.
Καὶ πορφυρανθὴς Μανουὴλ βελαρχός.
Ἀλέξιος γόνος τε, σὺν Ἀνδρονίκῳ.
Ἰσαάκιος γηθυμὴς ἐξ Ἀγγέλων.
Ἀλέξιος Ἄγγελος ἁπλοῦς φύσιν.
Υἱωνὸς Ἀλέξιος, σὺν τῷ Μυρτζούφλῳ
Ἐφ᾽ ὧν Λατίνοις ὑποπέπτωκε πόλις.
Θεόδωρος Λάσκαρις ἀνὴρ γεννάδας.
Δούκας βέλτερος Βατάτζης Ἰωάννης.
Θεόδωρος Λάσκαρις παῖς Ἰωάννου.
Στερρὸς Μιχαὴλ Παλαιολόγος μέγας,
Ὃς Λατίνους ἔξωσε τῆς Κωνσταντίνου.
Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στύλος.
Λαμπρὸς Μιχαὴλ Παλαιολόγος τρίτος.
Ἀνδρόνικος παῖς συνδρομὴ τῶν κρειττόνων.
Ἰωάννης πέμπτος γε Παλαιολόγος.
Καντακουζηνὸς ἕτερος Ἰωάννης.
Ἄριστος Μανουὴλ ὁ Παλαιολόγος,
Ἀσύγκριτος νοῦς, ἐξηρημένη φύσις,
Ὄντως βασιλεὺς καὶ λόγοις καὶ πρακτέοις.
Ἰωάννης ἕβδομος Παλαιολόγος.

Κωνσταντῖνος ὄγδοος Παλαιολόγος,
Ἐφ' οὗ πόλις ἑάλω ἡ Κωνσταντίνου
Γένοις Ἰσμαηλιτῶν ἀσεβεστάτου.
Καὶ τέλος ἔσχε Ῥωμαίων βασιλεία.

Expreßimus hactenus scripturam atque ordinem Codicis nostri MS. cum alter e Regiis in Andronicum Iuniorem, eiusque patrem Michaelem Andronici Senioris filium, desinat; hoc versuum ordine.

Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στύλος,
Ἀσύγκριτος νοῦς, ὀξυρημένη φύσις.
Λαμπρὸς Μιχαὴλ Παλαιολόγος τρίτος
Οὕτως βασιλεὺς ἢ λόγοις καὶ πρακτικοῖς.
Ἀνδρόνικος παῖς συνδρομὴ τῶν χαρίτων.
Οὕσπερ φυλάττοις εἰς χρόνους ἀπειρίτους
Λόγος παλαιὲ παντάναξ παντοκράτορ.

Eosdem postremos versus, eodemque seruato ordine recitat Ioannes Langus in Annotatione præfixa interpretationi Latinæ Historiæ Ecclesiasticæ Nicephori Callisti Xanthopuli, quem tanquam auctorem illius Iambici carminis laudat, atque inde firmare nititur Nicephorum vixisse sub Andronico Seniore, qui Michaelem filium atque Andronicum Nepotem ad Imperium promouerat.

DE PATRIARCHIS
CONSTANTINOPOLITANIS,
CARMEN IAMBICVM.
EX CODICE MS. BIBLIOTHECÆ REGIÆ.

ΚΑΙ Πατριάρχας τῆς νέας Ῥώμης βλέπε
Ἀρχηθύτης πρώτιστος ἐν πόλει μέγας
Ἄριστος ἀνὴρ ἱερὸς Μητροφάνης.
Εἶτ' Ἀλέξανδρος, εὐσεβῶν στύλος Παῦλος.
Ἄθλιος Εὐσέβιος Νικομηδείας.
Μεθ' ὃν Μακεδόνιος πνευματομάχος.
Ἄδοξος Εὐδόξιος Ἄρειος νέος.
Ἴσος τε Δημόφιλος, σὺν Εὐαγρίῳ
Ὁ Γρηγόριος νοῦς, γλυκύτης Νεκτάριος.
Τὸ χρύσεον χάρισμα τοῦ Χρυσοστόμου.
Γόνος ὁ Ἀρσάκιος, Ἀττικὸς πάλιν.
Σισίνιος, φρύαγμα τοῦ Νεστορίου.
Μαξιμιανὸς, Πρόκλος ὁ Χρυσοστόμου.
Ὁ Φλαβιανὸς, Ἀνατόλιος θύτης.
Ὁ Γεννάδιος ἀνδρικὸς καὶ γενναῖος.
Ὁ καλὸς Ἀκάκιος, Φλαβίτας ἴσος.
Τιμόθεος ἄτιμος θεοπασχίτης.
Τῶν Καππαδοκῶν ἡ χάρις Ἰωάννης.
Μεθ' οὗ Ἐπιφάνιος, ψῆξις Ἀνθίμου.
Ὁ Μηνᾶς. Εὐτύχιος εὐδαίμων λίαν
Σχολαστικός τε τῶν θύτων Ἰωάννης
Εὐτύχιος πάλιν δὲ. Νηστευτοῦ χάρις.
Καὶ Κυριακὸς καὶ Θωμᾶς οὗτοι θύται.
Σέργιος, Πύρρος, Παῦλος μονοθελῖται.
Πάλιν ὁ Πύρρος καὶ φρενῶν ζεῦγμα Πέτρος.
Ὁ Κωνσταντῖνος σὺν καλῷ Θεοδώρῳ.
Ὁ Γεώργιος καὶ Θεόδωρος πάλιν.
Παῦλος. ὁ Καλλίνικος. ἔκλεψεν Κῦρος.
Μονοθελίτης ἄγριος Ἰωάννης.
Θεῖος Γερμανός. τέλεσις Ἀναστασίου.
Καὶ Κωνσταντῖνος, Νικήτας ὁ σθλαβίας.
Κύπριος Παῦλος, πάντες εἰκονομάχοι.
Ταράσιος ὁ μέγιστος. ὁ Νικηφόρος.
Ἄθλιος Θεόδοτος, σὺν Ἀντωνίῳ,
Καὶ ὁ Ἰωάννης, πάντες εἰκονομάχοι.
Μέγιστος Μεθόδιος σὺν Ἰγνατίῳ.
Φώτιος. Ἰγνάτιος. Φώτιος πάλιν.
Στέφανος. Ἀντώνιος, σὺν Νικολάῳ.
Εὐθύμιός τε, καὶ Νικόλαος ὁ πάλιν.
Ἀμαστρίας Στέφανος, καὶ Τρύφων γέρων.
Μεθ' ὃν Θεοφύλακτος ἄνακτος γόνος.
Ὁ Πολύευκτος. Βασίλειος Σκαμάνδρου
Εὔτιμος Ἀντώνιος ἀπὸ Στουδίου.
Ὁ Νικόλαος, καὶ Σισίνιος θύτης.
Σέργιος. Εὐστάθιος, ἅμ' Ἀλεξίῳ,
Καλὸς Μιχαήλ. Λειχούδης Κωνσταντῖνος.
Ἰωάννης ἄριστος ὁ Ξιφιλῖνος.
Καὶ Κοσμᾶς. Εὐστράτιος Γαριδᾶς θύτης.
Χάρις θεοπρόβλητος ἡ Νικολάου.
Λέων ὁ Στυππῆς, καὶ Μιχαὴλ ὀξύτης,
Κοσμᾶς Ἀττικός. Νικόλαος Μουζάλων.
Ὁ Θεόδοτος. Χλιαρηνὸς Κωνσταντῖνος.
Λουκᾶς. Μιχαὴλ Ἀγχιάλου. Χαρίτων,
Εὐσεβὴς Θεοδόσιος, σὺν Βασιλείῳ.
Ὁμωνυμήσει Νικήτας ὁ τρίγηρον.
Ὁ Λεόντιος. ἡ στάσις Δοσιθέου.

Καὶ Γεώργιος ἱερὸς Ξιφιλῖνος.
Ὁ Καματηρὸς εὐλαβὴς Ἰωάννης,
Ἐφ' οὗ πόλις ἔκλινε Λατίνοις κάρα.
Αὐτωρειανὸς Μιχαὴλ ἐν Νικαίᾳ.
Θεόδωρος. Μάξιμος ἐξ Ἀκοιμήτων.
Μανουὴλ φιλόσοφος. Γερμανὸς μέγας.
Καὶ Μεθόδιος. Μανουὴλ ἄλλος πάλιν.
Ἀρσένιος ἄριστος ἐν ἀρχιθύταις.
Τῆς Ἐφέσου πρόεδρος ὁ Νικηφόρος.
Πρώτιστος Ἀρσένιος αὖθις ἐν πόλει.
Τῆς Ἀδριανοῦ Γερμανὸς ἀρχιθύτης.
Μέγας Ἰωσὴφ ὁμολογίας στῦλος.
Καὶ Λατινόφρων Ἰωάννης ὁ Βέκκος.
Πάλιν Ἰωσήφ. Γρηγόριος Κύπριος.
Ἔπειτ' Ἀθανάσιος ἀνὴρ ἡμιτάλας·
Ἰωάννης ἄριστος ὁ πρᾷος φύσει.
Πάλιν Ἀθανάσιος ἐξ ἡσυχίας.
Νίφων Κυζίκου, καὶ γλυκὺς Ἰωάννης,
Γέρας μοναστῶν Γεράσιμος Μαγκιάλων.
Ἡσαΐας ἄριστος ἐξ ὄρους Ἄθω.
Ὁ κακοδαίμων Καλέκας Ἰωάννης.
Ἰσίδωρος ἅγιος ἐκ Θετταλίας
Φερωνύμως Κάλλιστος εἶδος ἔσπεις

In Callisto hoc desinit Codex Regius: cui alterum catalogum a Stachy discipulo S. Andreae, ad Iosephum usque ex nostro Codice MS. subiicio, additis annorum ac mensium, quibus praefuerunt, numero.

ΠΑΤΡΙΑΡΧΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

I. Στάχυς ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα, ὃν ἐχειροτόνησεν Ἀνδρέας ὁ Ἀπόστολος τῆς Θρᾴκης ἐπίσκοπον, annos sex.
II. Ὀνήσιμος οἰκέτης, an. 13.
III. Πολύκαρπος, an. 18.
IV. Πλούταρχος an. 16.
V. Σεδεκίων, an. 9.
VI. Διογένης, an. 15.
VII. Ἐλευθέριος, an. 7.
VIII. Φίλιξ, an. 5.
IX. Πολύκαρπος, an. 17.
X. Ἀθηνόδωρος, an. 4.
XI. Εὐζώιος, an. 6.
XII. Λαυρέντιος, an. 11.
XIII. Ἀλύπιος, an. 13.
XIV. Περτίναξ, an. 14.
XV. Ἀλυπιανός, an. 14.
XVI. Μάρκος, an. 13.
XVII. Κυριλλιανός, an. 15.
XVIII. Κάστινος, an. 7.
XIX. Τίτος, an. 35.
XX. Δομέτιος, an. 24.
XXI. Πρόβος, an. 12.
XXII. Μητροφάνης, an. 10.
XXIII. Ἀλέξανδρος, an. 23.
XXIV. Παῦλος ὁ ὁμολογητής, an. 10.
XXV. Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, an. 2.
XXVI. Μακεδόνιος ὁ πνευματομάχος, an. 10.
XXVII. Εὐδόξιος, an. 10.
XXVIII. Δημόφιλος, an. 8.
XXIX. Εὐάγριος, an. 30.
XXX. Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, an. 12. (forte 2. tantum.)
XXXI. Νεκτάριος, an. 17.
XXXII. Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, an. 5 & m. 6.
XXXIII. Ἀρσάκιος, an. 2.
XXXIV. Ἀττικός, an. 20.
XXXV. Σισίνιος, an. 2.
XXXVI. Νεστόριος, an. 3.
XXXVII. Μαξιμιανός, an. 2.
XXXVIII. Πρόκλος, an. 11.
XXXIX. Φλαβιανός, mens. 8.
XL. Ἀνατόλιος, an. 8.
XLI. Γεννάδιος, an. 13.
XLII. Ἀκάκιος, an. 17.
XLIII. Γερίτας, alias Φλαβίτας, mens. 3.
XLIV. Εὐθύμιος, an. 6.
XLV. Μακεδόνιος, an. 6.
XLVI. Τιμόθεος, an. 6.
XLVII. Ἰωάννης, an. 2.
XLVIII. Ἐπιφάνιος, an. 6.
XLIX. Ἄνθιμος, an. 1.
L. Μηνᾶς, an. 16.
LI. Εὐτύχιος, an. 16.
LII. Ἰωάννης, an. 12.
LIII. Κυριακός, an. 11.
LIV. Ἰωάννης, an. 13.
LV. Θωμᾶς, an. 3.
LVI. Σέργιος, an. 28.
LVII. Πύρρος, an. 5.
LVIII. Παῦλος, an. 2.
LIX. Πέτρος, an. 2.
LX. Θωμᾶς, an. 2.
LXI. Ἰωάννης, an. 4.
LXII. Κωνσταντῖνος, an. 8.
LXIII. Θεόδωρος, an. 4.
LXIV. Γεώργιος, an. 3.
LXV. Παῦλος, an. 2.

LXVI. Καλλίνικος, an. 2.
LXVII. Κύριλλος, an. 6.
LXVIII. Ιωάννης, an. 4.
LXIX. Γερμανὸς, an. 15.
LXX. Αναστάσιος, an. 24.
LXXI. Κωνσταντῖνος, an. 12.
LXXII. Νικήτας, an. 13.
LXXIII. Παῦλος ὁ Κύπριος, an. 40
LXXIV. Ταράσιος, an. 21.
LXXV. Νικηφόρος, an. 4.
LXXVI. Θεόδοτος, an. 5.
LXXVII. Αντώνιος, an. 15.
LXXVIII. Ιωάννης, an. 6.
LXXIX. Μεθόδιος, an. 4.
LXXX. Ιγνάτιος, an. 21.
LXXXI. Φώτιος, an. 27.
LXXXII. Στέφανος, an. 7.
LXXXIII. Αντώνιος, an. 8.
LXXXIV. Νικόλαος, an. 12.
LXXXV. Εὐθύμιος, an. 5.
LXXXVI. Στέφανος, an. 3.
LXXXVII. Τρύφων, an. 3.
LXXXVIII. Θεοφύλακτος, an. 23.
LXXXIX. Πολύευκτος, an. 14.
XC. Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνὸς, an. 4.
XCI. Αντώνιος, an. 6.
XCII. Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης, an. 13.
XCIII. Σισίνιος, an. 3.
XCIV. Σέργιος, an. 20.
XCV. Εὐστάθιος, an. 20.
XCVI. Αλέξιος, an. 18.
XCVII. Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, an. 15.
XCVIII. Κωνσταντῖνος ὁ Λιχούδης, an. 4.
XCIX. Ιωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, an. 11. & m. 6.
C. Κοσμᾶς, an. 5. & m. 4.
CI. Εὐστράτιος, an. 3.
CII. Νικόλαος, an. 27.
CIII. Ιωάννης, an. 24.
CIV. Λέων, an. 9.
CV. Μιχαὴλ, an. 3. & menſ. 6.
CVI. Κοσμᾶς, menſes 9.
CVII. Νικόλαος ὁ Μουζάλων, an. 3.
CVIII. Θεόδοτος, an. 2.
CIX. Κωνσταντῖνος, an. 2.
CX. Λουκᾶς, an. 12.
CXI. Μιχαὴλ ὁ τοῦ Αγχιάλου, an. 9.
CXII. Χαρίτων, an. 1. & m. 2.
CXIII. Θεοδόσιος, an. 3.
CXIV. Βασίλειος ὁ Καματηρὸς, an. 2. cum dimidio.
CXV. Νικήτας Ομουντῖνος, an. 3. & menſes 6.
CXVI. Λεόντιος, an. 2.
CXVII. Δοσίθεος, an. 2.
CXVIII. Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος, an. 6.
CXIX. Ιωάννης, an. 5.
CXX. Μιχαὴλ, an. 5. & m. 6.
CXXI. Θεόδωρος, an. 2.
CXXII. Μάξιμος, menſ. 9.
CXXIII. Μανουὴλ, an. 5. menſ. 6.
CXXIV. Γερμανὸς, an. 17. cum dimid.
CXXV. Μεθόδιος, menſes 3.
CXXVI. Μανουὴλ, an. 14.
CXXVII. Αρσένιος, an. 8.
CXXVIII. Νικηφόρος, an. 2.
CXXIX. Γερμανὸς, an. 1.
CXXX. Ιωσὴφ, an. 9.
CXXXI. Ιωάννης ὁ Βέκκος, an. 9.
CXXXII. Γρηγόριος, an. 6. & menſ. totid.
CXXXIII. Αθανάσιος, an. 4.
CXXXIV. Ιωάννης Μοναχὸς, an. 9.
CXXXV. Νίφων, an. 3. m. 10.
CXXXVI. Ιωάννης ὁ Γλυκὺς, an. 4.
CXXXVII. Γεράσιμος, anno vno.
CXXXVIII. Ησαΐας, ...
CXXXIX. Ιωάννης ὁ Απρηνὸς .....
CXL. Ισίδωρος, an. 2. menſ. 7. & dies 15.
CXLI. Κάλλιστος, an. 12.
CXLII. Φιλόθεος, an. 13. menſ. 6.
CXLIII. Μακάριος, an. 2. m. 7. dies 15.
CXLIV. Νεῖλος, an. 8.
CXLV. Αντώνιος, an. 8.
CXLVI. Κάλλιστος, menſ. 3.
CXLVII. Ματθαῖος, an. 13.
CXLVIII. Εὐθύμιος, an. 5. menſes totidem.
CXLIX. Ιωσὴφ.

Iosephus ille Florentiæ in Concilio generali obiit: cui Græci ſubrogarunt Conſtantinopoli Gregorium quendam cognomine Mammam, inuitum & renitentem, qui expugnationem vrbis paullo poſt futuram prædicens, ſe munere abdicauit: Phranzes Meliſſenum vocat & diem Iulij 26. anni M. CCCCXLV. *eius electioni aſſignat. Poſt captam a Turcis CP. primus Patriarcha fuit Gennadius Scholarius, vt pluribus explicat Hiſtoria Patriarchica Manuelis Malaxi in Turco-græcia Cruſij, quam conſulat qui Patriarchas vſque ad annum Dominici Natalis* MDLXXVII. *noſſe voluerit. Cæterum litteris notiſque vulgaribus annos ac menſes Patriarcharum exhibuimus, ne Græca cum tædio negotium facesserent minus exercitatis.*



PARS SECVNDA.

ALPHABETICA SERIES SCRIPTORVM HISTORIÆ BYZANTINÆ EDITORVM ET INEDITORVM,

De quorum ætate & scriptis fusius disputabitur in Syntagmate, siue parte altera nostri ad Byzantinam historiam Apparatus.

AGATHIAS, siue Agathius Myrinensis Scholasticus animum ad scribendum appulit tantum post obitum Imp. Iustiniani. Cœpit ab eius anno XXV. vbi desiit Procopius. Plura de se præfatur initio Historiæ, quam libris quinque pertexuit, nosque in Syntagmate, ex Euagrio libri quinti cap. vltimo, vbi necdum suo tempore publicatam eius Historiam docet, Constantino Imp. Porphyrogenneta de themaribus Orientis cap. 11. Suida initio Eclogarum pag. 31. Editionis Regiæ, Zonara in Iustino Iuniore, Nicephoro Callisti, aliisque. Interim consule Gerardum Ioannem Vossium, & R. P. Dionysij Petauij Societatis nostræ Exercitationes Miscellaneas ad Iulianum Imperatorem.

AMMONIVS bellum aduersus Gainam sub Arcadio Imp. gestum carmine panxit, vulgauitque anno CCCCXXXVIII. Theodosio Aug. XVI. & Fausto Coss. vt quidem testis est Nicephorus Callisti cap. 6. lib. 13. Historiæ Ecclesiast.

AMORIONIS Historiam Ecclesiasticam legi in catalogo Codicum MSS. Græcorum, quos Scoriaci in Bibliotheca Regia contineri testis mihi est Antonius Posseuinus noster, pag. 131. Appendicis ad Apparatum sacrum.

ANASTASIVS S.R.E. Bibliothecarius in nostro Syntagmate locum reperiet: quod S. Nicephori P. CP. Chronologiam, & maximam partem Chronici a Georgio Monacho Syncello, & Theophane Abbate ab initio mundi ad Leonis Armenii tempora perducti latine interpretatus sit, vt disces ex præfixa eiusdem epistola ad Ioannem Diaconum.

ANIANVS Ægyptius Monachus, & Chronographus, cuius meminit Georgius Syncellus, non omittetur a nobis, si constiterit scripsisse ea quæ post Constantini Magni inaugurationem, & Nouæ Romæ Encænia peracta sunt. Certe alium esse ab Aniano Interprete quarumdam S. Chrysostomi Homiliarum, qui sub Alarico Vesigothorum in Gallia Narbonensi & Hispaniis Rege, circa annum DVI. floruit, centum ferme annis post captam ab Alarico Romam, facillimum erit suo tempore demonstrare.

ANNA Cæsarissa Comnena, Alexij Senioris Comneni filia: de qua non solum Zonaras tom. 3. Annalium sub finem, sed etiam Nicetas Choniates plura refert, e quibus pauca seligo: *Erat autem ipse* (Bryennius) *studiis doctrinarum deditus, & uxor eius in iisdem operam maiorem ponebat exquisite Atticissans, ingenioque prædita acutissimo ad abstrusissimas quasque contemplationes eam facultatem, partim natura bonitate, partim industria consecuta. Affixa enim erat libris, & eruditorum consuetudine haud obiter vtebatur.* Alter vero initio libri primi: ἥτις τὰς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπέχειν φιλοσοφίας ἐδίωκεν μάλιστα, καὶ ταῖς πάσαις ἐρρύθμισε μαθήμασι, &c.

ANONYMORVM quamplurium ἀδέσποτα Chronica scimus latere in Bibliothecis publicis, priuatisque, de quibus in Syntagmate vberrime disseremus.

ANONYMVS Bibliothecæ Regiæ de rebus gestis Græcorum aduersus Turcas, & de expugnatione CP. Latine redditus ab Ismaele Bulialdo breui vulgabitur. Historiam de Rebus Turcicis vulgari lingua ab incerto Auctore scriptam in Bibliotheca Barberina custodiri scribit Lucas Holstenius.

ANONYMVS Continuator Theophanis a Michaele Curopalata ad Nicephorum Botaniatem penes nos reperitur, vt monuimus in catalogo superioris Protreptici, num. 30. vt nihil dicam de Anonymo MS. Bibliothecæ Petauianæ.

ANONYMVS Auctor Politicæ Historiæ, quæ a Manuele secundo Palæologo incipit, in Turcogræcia Martini Crusij vsque ad annum MDLXXVIII. progreditur.

ANONYMVS, sed vetus scriptor Latinus, de Topographia Constantinopolis paullo post subiicietur. In eum Notas scripsit Vidus Pancyrollus post Notitiam vtriusque Imperij, & ante illum ediderat Petrus Gyllius sub finem libri 4. de Topog. CP.

ANONYMVM Auctorem Collectaneorum de Antiquitatibus Constantinopolitanis, cum aliis multis prælo parat Petrus Lambecius.

ANONYMVS Scriptor Chronicorum, quæ fuerunt illustris viri D. Michaelis Cantacuzeni die 3. Martij MDLXXVIII. iussu Amurathæ III. in patria sua Anchialo interfecti. Ex iis historiam de nuptiis Theophili & Theodoræ edidit anno MDLXXXIV. Martinus Crusius, qui se possessorem illius libri vulgari lingua scripti prædicat pag. 363. post Epitomen Heliodori.

Neque plura de Anonymis hoc loco præmittere placet.

BASILIVS Cilix: de quo Photius P. CP. in Bibliotheca Codd. 42. & 107. Nicephorus Callisti in Prologo Ecclesiasticæ Historiæ, aliique.

BEMARCHIVS Cæsariensis Cappadox, Sophista: qui teste Suida Imp. Constantini res gestas libris decem descripsit.

CALLISTVS carmine lusit res gestas Iuliani apostatæ, cui in Persica expeditione comes adhæserat. Vide Nicephorum Callisti Hist. Eccl. lib. 10. cap. 34.

CANDIDVS Isaurus: cuius Excerpta ex Photij Bibliothecæ Cod. 79. mutuata, Notisque historicis illustrata habes pag. 19. primi huius voluminis Byzantinæ Historiæ.

CAPITO Lycius, auctore Suida, præter Isauricorum libros octo, & quædam de Lycia & Pamphylia, Græce vertit Eutropij Epitomen: μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαϊκόν.

CHRONICI Alexandrini siue Fastorum Siculorum Auctor Anonymus vixit sub Heraclio, vt colligitur ex præfixa epistola Petri Alexandriæ, vt videtur, Patriarchæ. Interim vide quæ Raderus noster obseruauit aduersus eos, qui opus illud adscribebant Georgio Pisidæ: vbi etiam meminit Chronici alterius MS. (ex Bibliotheca Collegij Annæi) ex Piside & Cyrillo decerpti. Rem sane non ingratam fecisset eruditis, si qua in vrbe situm sit Collegium illud Annæum non tacuisset, & quo vsque pertineat Chronicon illud, quisve fuerit ille Cyrillus, apertius designasset.

CHRONOGRAPHVS Magnus citatur in Chronico Alexandrino, vbi agitur de morte Mauricii Imperatoris.

COMNENA historemata, siue de rebus gestis Comnenorum liber numeratur a Posseuino pag. 61. Appendicis inter Codices Græcos Constantinopoli a Grammatico quodam exhibitos. Quid si Comnenias sit, siue Alexias Annæ Cæsarissæ, Nicetas, Sinnamus, aut quis alius?

CONSTANTINVS Epistolarum scriptor inter Historicos, qui de Constantinopoleos ædificatione atque encæniis quædam obseruarunt, recensetur a Georgio Codino in Originibus CP. pag. 31. editionis Georgii Douzæ. Verum du-

birari merito poteſt, an fuerint omnes hi αὐτόπται τῶν τηλικαῦτα πραχθέντων.

CONSTANTINVS Manaſſes Politicis verſibus Annales cecinit a primo rerum ortu ad Alexii Imp. tempora. Titulus ita concipitur in MS. noſtro Codice: Τοῦ Μανασσῆ κύρου Κωνσταντίνου τοῦ Γραμματικοῦ λαμπροῦ σύνοψις χρονικὴ διὰ πολιτικῶν στίχων ἐκ τῆς κοσμοποιίας ἀρχομένη μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Βοτανειάτου κύρου Νικηφόρου, πρὸς τὴν Σεβαστοκρατορείαν κυρίαν Εἰρήνην τὴν ἐπ' ἀδελφῷ νύμφην τοῦ βασιλέως κύρου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ. Sub eodem Manuele Comneno vitam egiſſe aliunde etiam patet, ex iis nimirum quæ ipſe habet pag. 53. Editionis Regiæ.

Μέγιστον Αὐσόνακτα τὸν μεγαλονικηφόρον,
Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον.

CONSTANTINVS Porphyrogenneta Imp. Leonis Sapientis filius, præterea quæ ad Romanum filium de adminiſtrando Imperio ſcripſit, & vtrumque opuſculum de Thematibus, excerpi curauit ex antiquioribus Hiſtoricis præcipua quæque capita, quæ in 60. titulos coniecit, ex quibus modo pauca teſtant. Eundem V. C. *Leo Allatius* auctorem prædicat vitæ Baſilij Macedonis, cum tamen ex eiuſdem epigraphe ipſaque adeo præfatione conſtet, iuſſu dumtaxat Conſtantini argumentum ſcribendi ſuppeditantis, fuiſſe a quopiam Anonymo concinnatam. Vide quæ in catalogo Protreptici delibauimus, pag. 14. De ἀνακτόρου τοῦ βασιλικοῦ non eſt quod meminerim, cum alterius ſit ſubſellii.

DAMASCIVS Syrus, licet inter principes æui ſui Philoſophos cum Simplicio Cilice, Eulamio Phryge, Priſciano Lydio, Iſidoro Gazæo, Hermia & Diogene Phœnicibus memoretur ab Agathia lib. 2. non tamen videtur excludendus a choro Scriptorum Hiſtoriæ CP. ob ea, quæ paſſim longiori narrationi de vita Iſidori Philoſophi inſeruerat. De eo Photius Cod. 130. 181. & 242.

DEMETRIVS Cyzicenus: de quo Ioannes Scylitzes Curopalata in Prologo Hiſt. Orientalis; atq; ex eo Georgius Cedrenus initio Compendii Hiſtorici.

DEXIPPVS Herennius Athenienſis ante tempora Conſtantini vixit ſub Probo Imperatore; neque alio nomine locum ſibi vindicare poreſt in noſtro Syntagmate, quam quod agmen ducat in Excerptis variorum de Legationib. quæ primo hoc tomo e Typographia Regia emittuntur. Vide quæ de Dexippo collegere Gerardus Ioannes Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis Græcis, pagg. 196. & 456. & Henricus Valeſius in Notis ad eius Excerpta pag. 203. Editionis Regiæ. In Euagrio neque Μηδικῶν, neque Σκυθικῶν legendum arbitror, ſed μυθικῶν, vt ſignificet Epitomen illam hiſtoricam τὴν κεφαλαιώδη πραξέων ἐπιτρέχουσαν, a fabuloſis deductam temporibus vſque ad Claudii, qui Galieno ſucceſſit, tempora perueniſſe.

DIODORVS Tarſenſis Epiſcopus: de quo Theodorus Lector, Suidas, Nicephorus, aliique.

ELEVSIVS Diaconus & Philoſophus: cuius meminit Codinus in Originibus Conſtantinopolitanis pag. mox citata.

EPHREMI Poetæ Iambographi metricum Chronicon de Imperatoribus CP. dicitur aſſeruari in Bibliotheca Vaticana, citaturque a Raphaele Volaterrano, & non ſemel a Leone Allatio in Diatriba de Pſellis eorumque ſcriptis, præcipue pag. 113.

EVAGRIVS Scholaſticus, patria Antiochenus, ſub finem libri 6. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ abunde de ſeipſo loquitur. Videndus quoque Photius Codice 29. Nicephorus Calliſti in prologo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, aliique.

EVDOCIA prius dicta Athenais, Leontii Philoſophi filia, ac Theodoſii Iunioris Imp. coniux Auguſta, ſcripſerat Heroico carmine victorias Romanorum aduerſus Perſas, vt teſtatur, Socrates lib. 7. cap. 21. ἡ δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Ἡρωικῷ μέτρῳ ποιήματα ἐποίησεν. ἦν γὰρ ἐλλόγιμος. De aliis eiuſdem poematis conſule Photium Codd. 183. & 184.

EVNA-

EVNAPIVS Sardianus ſub Arcadio, primiſque Theodoſii minoris auſpiciis vixit, ſcripſitque hiſtoriam ad ſua vſque tempora deductam, cum etiam de Stilichone locutus ſit, teſte Photio cod. 77. de eodem videndus Suidas in Conſtantino Magno, & in verbo Σιδύμα, aliique.

EVSEBIVS Cæſarienſis in Palæſtina Metropolites, præter hiſtoriam Eccleſiaſticam, & Chronicon, quæ omnibus nota, ſcripſiſſe perhibetur libros quatuor inſignes de vita Conſtantini Magni. De eo Socr. Soz. Theod. Philoſt. Euagrius, Niceph. alii, atque ex iis qui perierunt, Sabinus apud Socratem lib. 1. cap. 5.

EVSEBIVS Scholaſticus, & Troili Sophiſtæ ſectator, bellum ſub Arcadio contra Gainam Gotthum geſtum, cui ipſe interfuerat, carmine Heroico quatuor libellis ſcripſit. Nicephorus lib. 13. cap. 6.

EVSTATHIVS Syrus, ex Epiphania vrbe Syriæ oriundus, erudito viro notus ex Suida duntaxat fuit, quem nactum fuiſſe Euſtathii opus altera ſui parte mutilum res ipſa loquitur. Nos plura & certiora proferemus ex Euagrio præſertim, qui eius meminit multis locis, lib. 3. capp. 26. 27. 29. & libri 5. cap. vltimo, quod curioſo Lectori percurrendum ſuadeo. In Euſtathio Homeri & Dionyſii Periegetæ verboſiſſimo ſcholiaſte erraſſe inſigniter Marquardum Freherum alias docebimus, qui circa annum MXVII. ex Archipreſbytero Magnæ Eccleſiæ factum eſſe Patriarcham Conſtantinop. ordine 74. aſſeruit in Chronologia Iuri Orientali præfixa.

EVTYCHIANVS primus a ſecretis Grammaticus numeratur a Georgio Codino, aliove conſarcinatore Originum Conſtantinop. inter eos ſcriptores, qui de encæniis Nouæ Romæ πάντες αὐτόπται γενόμενοι τῶν τηνικαῦτα πραχθέντων ἀκριβῶς συνεγράψαντο. Alius ab eo fuit Etuychianus ille iunior, de quo Agathias in Prologo ex verſione Bonauenturæ Vulcanii: *Multi vero familiarium vrgentes atque exhortantes ſtudium meum excitarunt, inter quos facile princeps erat Eutychianus iunior primarius Regum Scriba, vir alioqui & bonus & prudens, & non mediocriter eruditus, idemque gentis Floridorum præclarum ornamentum.*

GENESIVS Byzantius, ex Ioanne Curopalata in Prologo: eius quippe nomen poſteritati inuidit Cedrenus, qui Scylitzæ prooemium in compendium redigens his verbis defungitur: καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι. In MS. diſtinguitur a Ioſepho.

GEORGIVS Aeropolita Logothetes, quem Gerardus Ioannes Voſſius Ioannem potius appellandum cenſuit libro 2. de Hiſtoricis Græcis, commendatur in epiſtola Gregorii Cyprii Patriarchæ Conſtantinop. quæ Chronico eius præfixa eſt. De eodem Ephræmus in chronico,

Πρὸ τοῖσδε Γεώργιον Ἀκροπολίτην
Ἄρχοντα πάντων, καὶ πρόεδρον ἐγχοῦς,
Γεγονὼς τιμήσας τῇ πρεπούσῃ ἀξίᾳ.

Vide Leonem Allatium in diatriba de Pſellis eorumque ſcriptis fuſius diſceptantem de gemina chronici illius editione; altera, quam Theodorus Douſa Græce & Latine publicauit, breui, conciſa, non narrante, ſed tantum digito rem monſtrante, adeoque perobſcura & decurtata: altera diffuſa, non præcipua ſolum, ſed minima quæque exponente, *Cui*, inquit, *elucidandæ nonnullas horas impendi, diutius apud me maximo Reipublicæ litterariæ damno immorari non patiar:* & in catalogo Coloniæ edito num. 39. *Georgij Acropolitæ hiſtoria de rebus CP. diuerſa ab ea quam edidit Douſa; Græce & Latine cum Notis. Et ea quam edidit Douſa, innumeris locis emendata & aucta.* Vtinam vero breui erumpant e tenebris diſſertationes illæ doctiſſimæ de *Georgiis, Simeonibus & Philonibus* qui Græce ſcripſerunt, ſed maxime *Bibliotheca de Scriptoribus Græcis*, tum *profanis*, tum *Eccleſiaſticis*. quæ apparet num. 47. & 48. catalogi, qui cum diatriba de Pſellis, cum hæc poſt iteratam Protreptici noſtri editionem prælo ſubiicerem, primum meas venit in manus.

GEORGIVS Cedrenus Monachus, Chronographus dicitur ab eo qui Zonaræ epistolis suas aliquot subiecit, quemadmodum monuimus in Protreptico. Certe plura de eius ætate necdum mihi comperta.

GEORGIVS Codinus Curopalates dictus multa opuscula ex variis Scriptoribus collegit, quæ studio *R. P. Jacobi Goar* Ordinis Prædicatorum, & *Petri Lambecij* breui prodibunt in publicum.

GEORGIVS Gemistus Pletho historiam scripsit, quemadmodum & *Georgius Monachus Lacapenus*, si quæ fides Grammatico illi Græco, cuius catalogum librorum variis in locis CP. extantium exhibuit Posseuinus in Appendice ad Apparatum sacrum. Vide pag 61. & 63. vbi in Viennensi Cæsarea Bibliotheca dicitur asseruari *Gemisti Platonis*, forte Pletonis, *Epitome Historiarum Sicularum*. Orationum eius de rebus Peloponesiacis meminimus in Protreptico.

GEORGIVS Hamartolus: de quo, præter ea quæ in Protreptico nostro dicta sunt, nihil haberem modo, nisi in manus meas nescio quo fato venisset catalogus librorum Leonis Allatij tum editorum, tum nondum excusorum, in quibus num. 66. occurrit: *Historia Georgij Abbatis, qui Hamartolus vocari amat, ab exordio mundi ad Imperium Michaelis Theophili F. Imperatoris.* In catalogo Bibliothecæ Bauaricæ Monachii asseruatæ num. 189. vlterius progrediuntur Georgii Hamartoli Annales breues ex variis Scriptoribus collecti ab exordio mundi vsque ad Imp. Constantini Leonis filii. Vid. Raderus in Notis ad vitam S. Ignatij.

GEORGIVS Laodicenus nonnulla scripsisse dicitur ad historiam Ecclesiasticam spectantia, quæ accuratius alias expendentur a nobis.

GEORGIVS Pachymeres Protecdicus & Dicæophylax, qui se a primo ortu Constantinopolitanum Nicææ natum atque educatum in sacerdotum collegium cooptatum fuisse affirmat. Vide Gesnerum in Bibliotheca, & Wolfium in Annotatione locorum quorumdam ex eius historiæ libris 13. decerptorum, quos a tyrannide Michaelis Palæologi auspicatus vsque ad Catelanorum ab Andronico defectionem perducit. Eius effigiem habes initio Nicephori Gregoræ cum imaginibus Theodori Lascaris Iunioris & Michaelis Palæologi Imperatorum CP.

GEORGIVS Pisides Ecclesiæ CP. Diaconus & Chartophylax, præter versus Iambicos de ortu mundi, siue de opere sex dierum, ac refutationem errorum Ioannis Philoponi, scripsit historiam de Imperatore Heraclio, & de bellis Persico atque Auarico, vt constat ex Suida, Ioanne Tzetze historia 66. Chiliadis tertiæ, Nicephoro Callisti Historiæ Ecclesf. lib. 18. capp. 48. aliisque. In catalogo librorum S. Mariæ in Vallicella Romæ apud Posseuinum pag. 26. legitur: *Georgius Pisidius de gestis Imperatorum Constantinopolitanorum*, & pag. sequente, *cum fragmento Orientalis historiæ tempore Commenorum*, occurrunt *Collecta ex Chronico Cordini*, qui corrupte pro *Codino*, vt *Pisidius* pro *Piside* videtur exaratus.

GEORGIVS Phranzes Protouestiarius: de quo vide Prolegomena ad eius historiam R. P. Iacobi Pontani Societatis nostræ. Didicimus quoque pronuper in Bibliotheca Eminentissimi S. R. E. Cardinalis FRANCISCI BARBERINI MS. Phranzis codicem reperiri, quem pro suo erga eruditos amore ac studio singulari non sit denegaturus.

GEORGIVS Monachus Tarasij Patriarchæ CP. Syncellus: quem maximopere commendant Anastasius Bibliothecarius in præfatione Historiæ Ecclesiasticæ ad Ioannem Diaconum, Ioannes Scylitzes, atque ex eo Cedrenus in Præfatione Compendii historici, & Michael Glycas sub finem libri 3. Ioannes Tzetzes, variique Anonymi, ac præsertim is de quo sub Leontii Byzantini ementito, vt arbitror, nomine plura obseruauimus in catalogo Protreptici nostri numero XXVIII.

GEORGIVS, Trapezuntius dictus, licet in Creta insula fuerit natus, epistolam scripsit ad Ioannem Palæologum Imp. vt spreta Basileensium Patrum inuitatione, ad Eugenium IV. Rom. Pont. se conferret. Hanc Græce Latineque exhibuit post Phranzæ historiam R. P. Iac. Pontanus. Quis fuerit, quidue scripserit docebunt te Paulus Iouius, Gesnerus, alij, sed præcipue Leo Allatius in promissa auideque a pluribus expectata de Georgiis dissertatione.

HELICONIVS Byzantius Sophista, quem Suidas in Excerptis nostris pag. 41. asserit scripsisse breue Chronicon ab Adamo ad Theodosium Magnum. At de tempore quo vixerit, nihil dum certi habemus.

HERMIAS Sozomenus Salaminius Scholasticus: cuius historiæ Eccles. desunt 20. anni ab anno circiter 420. ad 439. quo Theodosius XVII. iniit Consulatum. Meminerunt Cassiodorus, sanctus Gregorius Papa, Euagrius, Photius cod. 30. Nicephorus in Præfatione, alij.

HERMOLAVS Grammaticus CP. Abbreuiator Stephani Byzantini de Vrbibus, scripsisse dicitur Byzantica. Quo tempore floruerit, accuratius inquiremus in Syntagmate.

HESYCHIVS Milesius vir illustris Hesychii & Sophiæ filius, notus plerisque Scriptorum mediæ ætatis. Photius recenset cod. 69. geminum eius opus historicum, alterum in sex partes siue interualla distinctum a Belo Assyriorum Rege ad obitum Anastasij Imp. per annos MCXC. alterum de Iustini rebus gestis, eiusque successoris Iustiniani primordiis: Suidas huius posterioris operis non meminit. Laudant eundem Constantinus Porphyrogenneta libro 1. de Thematibus cap. 2. tum libro 2. cap. 8 vbi hæc leguntur tanto certe Scriptore indigna: Οὕτω γὰρ γράφει Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος. Ἰνδικτίων τοῦτ' ἔστιν Ἰνακτίων ἡ περὶ ὃ Ἄκτιον νίκη, Auctor Glossarum Nomicarum, Ioannes Tzeizes, & alij, sed præcipue Ioannes Meursius in Notis quas reperies post Eclogas nostras pagg. 77. & 118.

HESYCHIVS Notarius ὁ χρονογράφος, de Constantinopoli scripsisse dicitur auctore Codino: quem iusta mihi suspicio est deceptum fuisse, cum ait omnes illos, quos laudat, Historicos αὐτόπτας γενομένους τῶν τηλικαῦτα θεαμάτων litteris consignasse quæ oculis vsurpassent in exstructione & dedicatione Nouæ illius Romæ. Vix enim Hesychius hic ab altero, cui τὰ πάτρια τῆς Κωνσταντινουπόλεως tribui solent, diuersus esse videtur.

HIEROCLES Grammaticus scripsit Συνέκδημον, siue Notitiam Patriarchatuum, Metropoleon & ciuitatum, quæ parebant Imperio Constantinopolitano. Edita est post Geographiam sacram R. P. Caroli a sancto Paulo Episcopi Abrincatensis, sed quindecim prouinciis mutilata.

IOANNES Ægeates Presbyter hæresi Eutychiana infectus Ecclesiasticam historiam scripsit ab ipsa Nestorii blasphemia ad vsque Petri Fullonis e Sede Antiochena deiectionem. Photius cod. 41.

IOANNES Antiochenus quem ciuem & cognatum suum appellat Euagrius non tantum capite vltimo libri 5. vbi docet lucubrationes eius nondum fuisse publicatas, cum scriberet, sed etiam libri 3. cap. 10. & 28. quod miror ab eruditis viris non fuisse animaduersum. Ioannes Tzetzes hist. 33. chiliadis secundæ alterius Ioannis meminit patria Antiochensis, quem Georgio Chronico (Pisidem aut potius Syncellum intellige) posteriorem facit.

Μέμνηται μὲν Βιργίλιος τούτης τῆς Κλεοπάτρας,
Λουκιανὸς, καὶ Γαληνὸς, καὶ Πλούταρχος σὺν τούτοις,
Διόδωρος, Γεώργιος ὁ χρονικὸς σὺν ἄλλοις.
Καὶ Ἰωάννης μετ' αὐτοὺς Ἀντιοχεὺς ὕστερος.

Is vero idem videtur Ioannes Antiochensis, qui librum scripsit περὶ ἀρχαιολογίας sæpius citatum in Plinianis Exercitationibus ad Solinum, præsertim pag. 575. &

577. vbi de Iordane, Paneade, ac similibus locis ex Philostorgio. Quod si verum est, errauit is qui Antiquarium illum Antiochensem sub Heraclio vixisse asseruit. Verum certiora forte ætatis illius vestigia deprehendere licebit, cum in lucem emiserint, qui MS. possident Cl. Salmasius, & Leo Allatius.

IOANNES Argyropylus post captam a Turcis Constantinopolim floruit, & pauca admodum scripsit ad Historiam Byzantinam spectantia. Plura de eo suo loco.

IOANNES Cantacuzenus Imp. posito diademate anno MCCCXLVII. factus Monachus, Ioasaphus dici voluit, & sub ficto Christoduli nomine ad Nilum scripsit sui temporis historiam libris quatuor. Ipsi haud parum æqui Nicephorus Gregoras, Georgius Phranzes, & quidam alii recentiores. De eius scriptis plura in Syntagmate.

IOANNES Curopalates. Vide Ioannes Scylitzes. Errant enimuero vel maxime qui ab eo exscriptum referunt Georgium Syncellum, cum ipsemet in Præfatione sua exerte asserat, se ab eo tempore ordiri narrationem, vbi desiit Theophanes. Nec memini me vidisse aut accepisse integrum Annalium Georgii Cedreni opus tribui multis in Codicibus Ioanni Curopalatæ.

IOANNES Lydius Monachus. Ex Præfatione Ioannis Scylitzæ hoc vnum constat vixisse post annum Christi DCCC. Cedrenus studio breuitatis patriam huius abscidit, ansamque non nemini præbuit existimandi Ioannem Zonaram (quem plerique Ioannem Monachum appellitant) eo loci intelligi, cum tamen, vt coniicere ex multis licet, post Scylitzam scripserit suos Annales Zonaras.

IOANNES Meleles Chronographus laudatur [illegible] Ioanne Tzetze hist. 29. & 30. Chiliadis quintæ, sed inde colligere nequeo scrips[illegible] necne post encænia Nouæ Romæ, aut quæ iis posteriora Byzantinam illustra[illegible] Historiam.

IOANNES Protouestiarius cognomento Thraces[illegible] Cedreno M[illegible]acho in Præfatione ad Annales suos appellatur ille ipse, qui a Mi[illegible]que passim dicitur Ioannes Curopalates cognomento Scylitzes: [illegible] quo [illegible]cto tegere plagium suum voluerit Cedrenus, quod non existimo, [illegible]fiteatur se ab aliis sua omnia mutuatum esse, siue quod, qui olim Pro[illegible]iarius fuerat, factus sit postea Curopalates; & Thracesium pro Scylitz[illegible]it imprudens amanuensis. Suadeo certe eruditis qui Codices MSS. Cedreni habent, aut consulere apud alios possunt, vt diligenter inquirant, num quæ a Guilelmo Xylandro tributa sunt ipsi nomina, iisdem plane verbis in MS. appareant.

IOANNES Scylitzes dignitate atque officio Curopalates. Huius historiam Orientalem in plerisque exscripsit αὐτολεξεὶ Georgius Cedrenus paucis subinde recisis, vt in catalogo Protreptici nostri obiter insinuauimus, & fusius aperiemus in Syntagmate, cum de gemina Scylitzæ editione differendum erit.

IOANNIS Siculi Chronicon ab orbe condito vsque ad Imperatorem Michaelem Theophili filium, & annum mundi VI ꝏ CCCLXXIV. Christi DCCCLXVI. præcipuas historias complectens, olim erat in Bibliotheca Heidelbergensi Comitis Palatini, vt constat non solum ex catalogo in Appendice Posseuini pag. 124. vbi & hæc leguntur: *Meminerunt eius Zonaras & Cedrenus. Additum in fine* ἕως τὰ χρονικὰ Γεωργίου ϗ Λογοθέτου. sed etiam ex Friderico Sylburgio in Præfatione ad Moamethica anno MDXCV. edita, aliisque. Eosdem quoque sibi terminos, siue casu, siue dedita opera præscripsit Georgius Hamartolus, de quo supra ex Leone Allatio. An vero Ioannes hic sit Σικελιώτης ille διδάσκαλος, cuius meminerunt in Prologis Scylitzes & Cedrenus, explicabitur alias, neque enim Michaeli Glycæ, aut Petro Siculo conuenire arbitror.

IOANNES Sinnamus, aut, vt alii scribere malunt, Cinnamus, Grammaticus Regius, de quo in catalogo Protreptici nostri num. XLV. pauca præmisimus,

ille ipse mihi videtur, cuius mentio apud Nicetam Choniatem in Andronico Alexii Iunioris Comneni interfectore, pag. 113. Editionis Regiæ, ex interpretatione Vuolfij: *Nouarum Patrarum Episcopum Euthymium virum eruditissimum & Cinnamum Ioannem ad Lopadium* (quid si potius vertas, inter patellas & scyphos) *de illo Christi dicto* PATER MAIOR ME EST, *in suo tabernaculo differentes obiurgarit, & in Rhyndacum amnem abiecturum minatus sit, ni desisterent.* In Leonis Allatii diatriba de Psellis pagina 24. hæc præ cæteris verba notanda, vbi de significatu vocis Λογοθέτης: *Satis mihi erit pro hac re stabilienda elegantissimi item ac prudentissimi, licet sequioris sæculi scriptoris, Ioannis Cinnami testimonium, in quo vertendo illustrandoque diu me exerceo, speroque laborem hunc meum propter pulcherrimam historiam ad hunc diem cum vetustate luctantem, meis vigiliis & amicorum opera e scopulo in tranquillum illatam, Historicæ veritatis studiosis non ingratam futuram. Is itaque Historia Romana libro* IV. *de rebus gestis Manuelis Comneni, &c.* Apographum Codicis Vaticani, quod vidimus hunc titulum præfert: Ἐπιτομὴ τῶν κατορθωμάτων τῷ μακαρίτῃ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ, καὶ ἀφήγησις τῶν πραχθέντων τῷ ἀοιδίμῳ υἱῷ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ κυρίῳ Μανουὴλ τῷ Κομνηνῷ ποιηθεῖσα Ἰωάννῃ βασιλικῷ Γραμματικῷ Κιννάμῳ.

IOANNES Tzetzes: cuius ætatem non tantum expiscari licebit ex eius Chiliadibus, sed etiam ex epistolis, quas magno numero MSS. penes nos habemus.

IOANNES Zonaras Monachus, quem sæpe citat Michael Glycas, notior est etiam ex aliis eius ingenij monumentis, quam vt de eo plura hic annotare debeam.

IOSEPH Byzantius, quem omisit Cedrenus, vixit post annum DCCC. quantum quidem colligere possumus ex præfatione Ioannis Curopalatæ. Cætera nobis incomperta. Huic Genesij cognomen quidam assignant.

IVLIVS Pollux Chron. scripsit ab initio mundi vsque ad imp. Valentis & Valentiniani Augg. de quo ex Catalogo Bibliothecæ Bauaricæ tres doctissimi Soc. nostræ scriptores, Posseuinus in Appendice Apparatus sacri pag. 82. Iacobus Gretserus Tomo II. de adoranda ac viuifica Cruce in notis ad orationem Alexandri de Inuentione Crucis, & Iacobus Pontanus in Annotationibus ad præfationem Chronicorum Georgij Phranzæ Protouestiarij. Neque nos de eo plura modo.

LAONICVS siue Nicolaus Chalcocondylas Atheniensis sat vulgo cognitus. Vide Conradum Clauserum, Blasium Vigeneræum in notis ad interpretationem Gallicam Turcicæ historiæ, &c.

LEO Asianus dicitur Ioanni Curopalatæ, quem Cedrenus Leonem è Caria appellat. Sitne LEO ille Grammaticus continuator historiæ Theophanis Confessoris vsque ad tempora Constantini Porphyrogennetæ, vt in Protreptico obseruauimus numero XXIX. quamuis verisimillimum sit, non ausim tamen certo affirmare, donec accedat eruditiorum suffragium.

LEO Philosophus, qui Michaelis Pselli senioris discipulus fuit in Antro insula, celebratur Scylitzæ, Cedreno, aliis: sed scripserit ne aliqua ad historiam Byzantinam spectantia, incertum. De eo plura Leo Allatius in diatriba de Psellis aduersus Gregorium Gyraldum & alios, qui hunc Philosophum ab ὁμωνύμῳ Imperatore non distinxerunt. De Leone Byzantio Philosopho qui Philippi Macedonum Regis ætate res Byzantinas VII. libris scripsit, vide Suidam.

LEO Imp. Sapiens dictus (& nonnunquam Philosophus etiam ab eruditissimis recentioribus) Basilii Macedonis F. & Constantini Porphyrogennetæ pater, locum deposcit sibi aliquem in nostro Syntagmate, eumque non vltimum. Certe Marquardus Freherus plurima eius recenset opera, ac nominatim in Palatina Bibliotheca docet reperiri varia eius oracula ac vaticinia de Roma & Constantinopoli. Historica vero alia testatur enumerari in catalogis Bibliothecarum CP.

LEONTIVS Byzantius (ſiquidem germanum ſit eius nomen & non potius ſuppoſititium) iuſſu Imp. Conſtantini Porphyrogennetæ ſcripſit vberrime vitam Baſilii Macedonis, eidemque poſtea præmiſit vitas quatuor ipſius deceſſorum Leonis Armenij, Michaelis Amoriani, Theophili, eiuſque filij Michaelis. Vide Protrepticon num. XXX. Ab hoc vero diuerſi ſunt Leontius Byzantius qui in opuſculo de ſectis Hæreticorum perduxit ſeriem Patriarcharum CP. vſque ad S. Eulogium qui ſub Tiberio floruit, & Leontius Salaminis ſeu Conſtantiæ in Cypro Epiſcopus cuius mentio Actione IV. Nicænæ poſterioris Synodi, & aliis in locis.

MALCHVS Philadelphienſis Sophiſta: de quo Photius codice 78. Zonaras in Baſiliſco, alij. Ex Suida diſcimus errare viros doctos, qui Malchum Priſci Panitæ Rhetoris continuatorem aſſeuerant, cum a Conſtantini Magni imperio narrationem exorſus ad Anaſtaſium vſque perduxerit. Quid vero aliud hæc verba Photij innuere poſſunt: Οὗτοι οἱ ζ. τῆς ἱστορίας λόγοι ἢ προηγουμένως ἀποφαίνουσιν αὐτοῦ λόγους ἄλλους διαπεπονῆσθαι, &c.

MANVEL Chryſoloras, & MANVEL Malaxus ad poſteriora pertinent tempora, cum MANVEL neſcio quis Byzantinus teſte Ioanne Curopalata, ſaltem ante annum Chriſti centeſimum ſupra milleſimum vixerit.

MATTHÆVS Camariotes: de quo conſule Theodoſij Zygomalæ ad Martinum Cruſium epiſtolam. Vixit circa annum MCCCCL. & ſequentes.

MAXIMVS Monachus ſanctiſſimus Chriſti Martyr quibuſdam viſus eſt auctor Chronici, quod Alexandrinum dicitur. Vide Raderum.

MICHAELIS Attaliatæ Chronicon, ſiue Hiſtoriam a Michaele Balbo vſque ad Michaelem Ducam Parapinacium deductam audio deliteſcere in Scoriacenſi Laurentina Bibliotheca. Non erit ergo alienum a re noſtra abſtergere interim maculam quæ vitiat paginam 133. Appendicis ad Apparatum ſacrum: *Michaelis Kaliotæ Chronicon.* lege, Attaliatæ. Ibidem hæc habentur non negligenda: *Georgij Oecumeniri Chronicon: Simocari*, lege Simocattæ, *hiſtoriæ Oecumenicæ: Singelli*, lege Syncelli, *Chronologia: Simeonis Theologi hiſtoria: Nonnus Abbas de narrationibus Græcorum. Pſelli apoteleſma de Francis & reliquis Latinis, &c.* Is vero Michael Attaliates Pragmatiam ſuam ad eundem Michaelem Parapinacium direxiſſe noſcitur. Vide partem ſecundam Iuris Orientalis a Ioanne Leunclauio concinnati.

MICHAEL Glycas vixiſſe videtur ſub Manuele Comneno. Qua de re aliiſque ad eius ſcripta pertinentibus plura tum in ſyntagmate, tum in noſtris ad illius Annales obſeruationibus.

MICHAEL Pſellus Ioanni Scylitzæ, Annæ Comnenæ, Ioanni Zonaræ, Michaeli Glycæ, Theodoro Metochitæ, aliiſque celebratus, ſub Michaele Duca Parapinacio maxime floruit, diuerſus ab altero eiuſdem nominis, qui regnante Michaele Theophili ac Theodoræ filio, ante ducentos annos vixerat. De vtroque conſule Leonis Allatij maxima eruditionis varietate refertam diatribam Romæ anno MDCXXXIV. editam.

MICHAELIS Sicidotæ hiſtoriam Græcam reperiri Romæ in Vaticana, & Venetiis in Bibliotheca Beſſarionis Cardinalis reſtantur Conradus Geſnerus, Ioſias Simlerus, Antonius Poſſeuinus, Gerardus Ioannes Voſſius, alii. Quid ſi nihil aliud ſit hiſtoria iſta quam Michaelis Glycæ Siceliotæ ſiue Siculi Annales? Quam ego coniecturam cenſuræ doctorum virorum, qui ipſos Codices calamo exaratos inſpicere poterunt, ſubiicere non reformidabo.

MENANDER Protector Euphratæ Byzantij filius, de quo præter Theophylactum Simocattam libro primo cap. tertio Hiſtoriæ Mauricianæ pag. 14. Editionis Regiæ & Suidam in voce Μένανδρος ex ipſius auctoris Procemio hiſtoriarum aliiſque locis vix alij meminerunt, ſi recedas a Conſtantino Porphyrogen-

neta, qui cap. 2. lib. 1. de Thematibus hæc habet: οὔτε γὰρ Προκόπιος, οὔτε μὴν Ἀγαθίας, οὔτε Μένανδρος, οὔτε Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ἐμνημόνευσε τοῦ τοιούτου, οἱ τὰ χρονικὰ συγγράψαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας: quæ sic vertit Bonauentura Wlcanius: *quod neque Procopius, neque Agathias, neque Menander, neque Hesychius Illustrius vllam huius nominis mentionem faciat, qui Historiam ad Imperium vsque Iustiniani conscripserunt*: quasi Agathias ac Menander etiam ea commentariis suis inscripserint, quæ ante Iustiniani Imperium acciderunt, cum extrema dumtaxat eiusdem iam senescentis tempora attigerint, præsertim Menander Protector qui ab anno Iustiniani Imp 33. vbi desierat Agathias, exorsus, historiam continuauit vsque ad deditum Abaris, siue quod eodem recidit, Hunnis Sirmium, paullo ante Tiberij Imperatoris obitum, & Mauricij inaugurationem. Cæterum neque hoc omittendum posttema verba Menandri de seipso apud Suidam non carere suspicione mendi aut præposteræ mutilationis, quæ sic interpretes reddiderunt, quasi ab obitu ipsius Agathiæ, non a fine narrationis eius historicæ, hoc est a victoria Belisarij de Zabergane & Cutriguris, opus suum inchoasset.

NESTORIANVS quidam Historicus citatus ab auctore Chronici Alexandrini, de quo altissimum apud cæteros scriptores silentium.

NICEPHORVS Callisti Xanthopuli filius scripsit Historiam Ecclesiasticam libris 18. a nato Christo ad mortem vsque Phocæ Imp. Extant etiam argumenta quinque aliorum librorum ab Heraclio vsque ad mortem Leonis sapientissimi Imperatoris, quæ ab alio quopiam adiecta prioribus docti viri suspicantur non improbabiliter. Vixisse sub Andronico seniore Palæologo eiusque filio Michaelia c nepote Andronico docet, tum illius præfatio, tum Catalogus metricus Impp. CP. qui vt supra monuimus a Lango aliisque, etiam adstipulantibus quibusdam MSS. Codicibus, tribuitur huicce Nicephoro, non secus atque Patriarcharum CP. quædam series soluta oratione fusius conscripta in Codice MS. Bibliothecæ Regiæ.

NICEPHORVS Gregoras vixit sub Andronico seniore Palæologo. De eo videndi Ioannes Cantacuzenus, Georgius Phranzes, Hieronymus Wolfius, Iustus Lipsius, alij, tum quæ de se ipsemet posteritati reliquit in posterioribus libris.

NICEPHORVS Patriarcha CP. de quo Theophanes in Chronico, Photius Codice 66. Glycas in Annalibus, aliique. Hic a sede depulsus sua, & in exilium trusus fuit sub Leone, non Isaurico, sed Armenio, atque anno demum 828. sanctissime obiit. In dubium quidam trahunt, an eius sit, quæ Græce Latineque edita est Chronologia, sed facillimum fuit tres quatuorve Imperatores ac Patriarchas vsque ad Photium & tempora Anastasij Bibliothecarij adiungere, quemadmodum aliis plerisque scriptoribus accidit: Neque vero ea de re ambigere sinet imposterum Anastasij Bibliothecarij ad Ioannem Diaconum præfatio, in qua hæc leguntur pag. 3 Editionis Regiæ: *Huic sane operi ratum duxi Beati Nicephori Constantinopolitani Episcopi Chronographiam proponere* (forte præponere) *vt scilicet & ex ea posiis aliquantula carpere, & sicubi fortasiis hac vtendum iudicaueris, tuam non lateat omnino notitiam.*

NICEPHORVS Phryx Diaconus: de quo Ioannes Scylitzes in Procemio Historiæ Orientalis, & ex eo Cedrenus.

NICETAS Acominatus Choniates notissimus eruditis: consulesis, quæ de eo scripsere Hier. Wolfius, Iustus Lipsius, Gerardus Vossius, alij.

NICETAS Paphlago, qui & Dauid dictus est, laudatur a Ioanne Scylitza & Cedreno inter Historicos, qui post Theophanem Abbatem scripsere, ob vnam forte sancti Ignatij Michaelis Curopalatæ filii & Patriarchæ CP. quam edidit, vitam, a nostro Matthæo Radero Latinitate donatam. Leo Allatius Dia-

rtiba de Psellis pag. 17. eundem esse negat cum Niceta Serrone, ex Diacono Magnæ Ecclesiæ ac Doctore, Archiepiscopo Heracliensi, qui in Euangelia sanctorum Matthæi ac Lucæ catenas e sanctis Patribus & scriptoribus Ecclesiasticis concinnauit, scripsitque expositiones in carmina & plurimas orationes sancti Gregorij Nazianzeni: quæ tamen in quibusdam codicibus Nicetæ Dauidi Philosopho ex Paphlagonia oriundo tribuuntur. Mirum vero vnde Guillelmo Xylandro venerit in mentem suspicari, an idem hic fuerit cum Acominato, qui post tempora Scylitzæ, & forte etiam ipsius Cedreni, cuius mihi nondum probe nota est ætas, in viuis fuit.

NICOLAVS iunior Chronologus ætate Photio suppar fuisse dicitur.

NONNOSVS Abrami cuiusdam siue Abrahamij filius, sub Iustiniano Imperatore vixit, a quo legatus missus est ad Æthiopas, Homeritas ac Saracenos, quibus tunc præerat Kaisus Arethæ nepos. Vide Photium codice tertio.

NOTITIÆ vtriusque Imperii Orientis atque Occidentis Auctor antiquus sub Arcadio, eiusve filio Thedosio vixit.

OLYMPIODORVS Thebæus Ægyptius: de quo nos pauca prælibauimus in notis Historicis ad eius Excerpta ex Zosimi libro 5. & Photij codice LXXX.

PÆANIVS Sophista Græcus, Latinæ Eutropij historiæ metaphrastes extat cum aliis Romanæ historiæ scriptoribus editus a Frederico Sylburgio.

PANODORVS Monachus Ægyprius Aniano ætate suppar ex Georgio Syncello. Verum, vt iam supra lectorem admonui, nondum mihi liquet, an scripserint quæ post annum CCCXXX. in Orientis Imperio contigerunt.

PATRICIVS Prusensis Antistes vsurpat quædam verba sancti Pionij de Thermis, apud Michaelem Glycam parte prima Annalium. In nostris ad illos Notis, si quid obseruatu dignum succurrerit, Lectori non inuidebimus.

PAVLVS Cyrus Florus Silentiarius; de quo præter Suidam in voce *Agathias*, aliosque qui de Græcis Epigrammaris bene meriti sunt, meminit Agathias libro 5. his verbis, ex interpretatione Wlcanij: *Si quis autem voluerit, procul fortasśis ab vrbe degens, aperte cognoscere omnia veluti præsens & spectans, perlegat quæ Paulus Cyrus Florus hexametris versibus conscripsit, qui quidem Primicerius exiſtens Regiorum Silentiariorum, & generis gloria clarus, amplissimasque a maioribus suis opes adeptus, doctrinæ tamen eloquentiæque magnam operam impenderat, quibus & magis gloriabatur & decorabatur. Scripsit itaque etiam alia quamplurima poemata memoratu digna & laude. Videntur autem mihi quæ de Templo scripsit tanto maiore & labore & scientia referta, quanto & argumentum ipsum est admirabilius. Comperies enim in iis vniuersum situs concinnæque dispositionis ordinem, &c.* quæ modo indicasse sufficiat, suo deinceps tempore promenda, cum Poema illud integrum formis Regiis vulgare licuerit.

PETRVS Patricius & Magister, vir ornatissimus, patria Thessalonicensis: de quo plura congeri possent a nobis ex Cassiodoro, Procopio, Corippo, Prisco, Stephano siue eius breuiatore Hermolao, Suida, aliisque.

PETRI Siculi de Manichæis Historiam ex codice Vaticano descriptam & magnam partem a R. P. Iacobo Sirmondo Latinitate donatam absoluit, edidirque Ingolstadij anno MDCIV. Matthæus Raderus Societatis nostræ scriptor insignis: Suspicatur Siculum Magistrum Ioanni Scylitzæ & Cedreno memoratum non fuisse alium ab hoc Petro, quod tamen mihi nondum persuaderi potuit. Vixit sub initio Imperij Basilij Macedonis, eiusque filiorum Cæsarum Constantini & Leonis, missusque est Tibricam Armeniæ ciuitatem paulo ante octauam Synodum Oecumenicam, quam Latine cum vita sancti Ignatij P. CP. publicauit idem Raderus. Accepi in cœnobio sancti Saluatoris prope Messanam in Sicilia reperiri historicum opus Petri Siculi Magistri, illud idem fortassis, quod in Catalogo apud Posseuinum pag. 50. sic inscribitur: *Historia Ecclesiastica absque nomine auctoris,*

ris, & sine principio, incipiens a Natiuitate Saluatoris vsque ad Imperium Theophili filij Michaelis. sed cum hac Appendice, *fortasse cuiusdam Georgij.*

PERSICVS Thrax, mihi non aliunde cognitus, quam ex Chronico Theophanis, vbi agitur de Basilisco Verinæ Imperatricis fratre, eiusque aduersus Gensericum Vandalorum in Africa Regem infelici expeditione: sed legendum esse, Priscus Thrax, series ipsa narrationis edocet, & quæ paulo post annotabimus ex Chronico Alexandrino, ab aliis nondum, quod sciam, animaduersa.

PHILIPPVS Sidetes presbyter, Historiam Christianam pluribus voluminibus conscripsit inani garrulitate turgidam. Vide Socratem lib. 7. cap. 27. Photium cod 35 Nicephorum Callisti lib. 14. cap. 29. vbi inter cætera *Sidæ in Pamphylia ortum* refert, *unde etiam Sophista Troilus genus duxit, cuius se cognatum dicebat*, &c. quæ quisque per otium leget, quemadmodum & quæ habentur de eodem initio capitis 37.

PHILONIS Philosophi Historia Ecclesiastica citatur a Michaele Glyca parte 4. Annalium in Leone Isaurico. Sed tempus, quo vixerit, & quousque scripserit, adhuc ignotum. Philon quoque nescio quis in medium producitur a Constantino Porphyrogenneta cap. 9. de Thematibus Occidentis, vbi de Epidamno, quæ postea Dyrrachium appellari cœpit. Plura de iis discemus ex Diatriba de Philonibus Leonis Allatij, vel ex eius gemina Bibliotheca, cum lucem iis videre summo reipublicæ litterariæ emolumento contigerit.

PHILOSTORGIVS, genere Cappadox, Anomæorum, siue Eunomianæ hæreseos sectator acerrimus, a Photio in Excerptis, Nicephoro in Præfat. hist. aliisque merito φιλοψευδὴς, κακόσπορχος, καὶ θεομισὴς nuncupatus est, vt docent quæ Geneuæ ex Bernate Bibliotheca edidit Iacobus Gothofredus. Eius meminerunt Photius cod. 40. Ioannes Antiochensis περὶ ἀρχαιολογίας citante Salmasio locis supra indicatis, Suidas non semel, Nicetas Choniates in Thesauro fidei, Nicephorus Callistides cap. 19. lib. 9. & cap. 29. lib. 12. (quem Historicum, vt id obiter insinuem, sub Andronico Comneno vixisse perperam vir doctus asseruit) aliique recentiores, vt duo epigrammata non proferam, quæ in Palatino Anthologiæ codice Romæ asseruantur, auctoribus Eunomiano, & quodam Anonymo, qui non omisit Philostorgium Historiæ libros 12. scripsisse quibus vnam nominis sui litteram ἀκροστιχικῶς præfixerat; quod postea imitatus sit Nicephorus Callisti, vt ipse in Procemio Lectoribus, ne non aduerterent, significauit.

PHOTIVS Patriarcha Constantinopolitanus, vel hoc nomine dignus est, qui in Syntagmate nostro principem locum obtineat, quod plurimorum Historicorum nomina, & quorumdam etiam Scriptorum reliquias πολυτιμήτους in Bibliotheca sua ab interitu vindicarit. De eo Nicetas Dauid in vita sancti Ignatii, Leo, aliique Theophanis continuatores ἀνέκδοτοι, quibus iunge Scylitzam, Zonaram, Cedrenum, Glycam, &c.

PRÆTOR Græciæ ineditus atque Anonymus cuiusdam Chroniei siue Historiæ scriptor sæpe testimonium dicit in Pandecte Leunclauii ad Annales Sultanorum Turcicorum. Magna mihi suspicio est eundem esse cum Georgio Acropolita, quem docuit Ephræmus in Chronico metrico [illegible] τῷ Πραγ-[illegible] ἀξία. Tempus sane apprime congruit: vterque enim a Theodoro Lascari perhibetur exorsus, & in iisdem narrandis occupantur. Plura expectamus a Leone Allatio, qui ampliorem illam Acropolitæ ἔκδοσιν possidet.

PRISCVS Panites Rhetor sæpe citatur a Iornande Rauennatium Episcopo, ab Euagrio lib. 2. capp. 1. 5. & 16. lib. 5. cap. vltimo, Stephano de Vrbibus, Theophane in Chronico, Anastasio Bibliothecario, Suida in Lexico, Nicephoro in Præfatione, aliisque. Vide eius Excerpta hoc primo tomo Græce ac Latine excusa. Auctor Chronici Alexandrini ad annum Theodosii XLII. Thracem ap-

****** *

pellat, περὶ τοῦ πολέμου aduersus Attilam συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Πρίσκος ὁ Θρᾷξ. quo fit vt censeam errasse eos, qui Panopoliten atque Ægyptium vocauerunt, cum Πανίτης a Panio promontorio haud longe a Cyaneis insulis, aut castro secus littus maris, teste Suida, in finibus Heracleæ posito, denominari potuerit. Sed hæc paucis, ὡς ἐν παρενθήματι.

PROCOPIVS Cæsariensis Rhetor Belisario ab epistolis scribendis, cui non notus? Octo eius libros in compendium redegit Agathias sub finem præfationis. Eiusdem meminerunt Euagrius lib. 5. cap. vltimo. Photius codice 63. Suidas, qui solus ex antiquis ἀνεκδότων meminit, Constantinus Imperator, Nicephorus Callisti, Georgius Codinus, alii.

PRAXAGORÆ Atheniensis nomen & scripta Ionica dialecto de rebus Constantini Magni commentaria vni debemus Photio, quem consule cod. 62.

PYRON Scriptor Annalium, siue Chronographus, citatur a Michaele Glyca parte prima, sed quo is tempore vixerit, & quousque scribendo progressus sit, nemo me hactenus docuit.

SABINVS Macedonianus Heracleæ Thraciæ Antistes: de quo Socrates non semel prioribus libris, Sozomenus in præfatione, Nicephorus Callisti libris 9. & 10. aliisque. In catalogo codicum MSS. qui sub finem prioris sæculi extabant CP. in Appendice ad Apparatum sacrum R. P. Antonii Posseuini pag. 60. memoratur: *Sabini Monachi* (forte legendum Macedoniani) *Epitome omnium Synodorum vniuersalium & prouincialium*. Verum in iis diuinandum esse nemo nescit, donec e puluere & tenebris emerserint acta illa, quæ ex adscriptis temporum locorumq; certis characteribus Sabinum eundem aut alterū denotent illius operis auctorem.

SERGIVS Confessor scripsit Historiam ab impiis vsque Constantini Copronymi facinoribus, ad octauum Michaelis annum, quem Balbum siue Amorianum intelligo. Vide Photium codice Bibliothecæ 67.

SETHI Magistri Historia chronica vulgari lingua, a creatione mundi vsque ad Imperium Constantini Ducæ, bis habetur in catalogo librorum Græce MSS. qui superiori sæculo CP. visebantur. Vide Appendicem Posseuini pagg. 57. & 61.

SIMEONIS Magistri & Rhetorici Logothetæ ex diuersis Chronicis & Historiis opus chronicum recensetur inter Messanenses codices MS. in Appendice ad Apparatum sacrum pag. 46. In Scoriacensi quoque Bibliotheca habetur Simeonis Theologi Historia, ibidem pag. 133. sed quinam illi sint, aut quando vixerint, aperiet fortasse Leonis Allatii promissa Diatriba, *De Simeonibus qui Græce aliquid scripserunt, in qua eorum monumenta indicantur, & in quibus Bibliothecis lateant, aperitur.* Interim de SIMEONE Metaphr. ac Logotheta, viro clarissimo iuxta ac sanctissimo, qui explorata nosse volet, sumat in manus libellum de Psellis eiusdem Leonis Allatii a pagina 18. aduersus Gerardum Ioannem Vossium de tempore, quo ille vixit, egregie disputantis. Neque omittenda quæ de eodem Simeone contra Hospin. nonnullosque alios, docuit R. P. Iac. Gretser. ὁ μακαρίτης cap. 19. de imaginibus non manufactis, licet in quibusdam scopum non attigisse dicatur.

SOCRATEM Sozomenum ac Theodoretum Historiæ Ecclesiasticæ scriptores non infimæ classis, qui vna cum Philostorgio Eusebii Historiam exceperunt, suis adiunctis sic tanquam coloribus depingit Nicephorus Callistides in Prologo: Ἑρμείας μέντοι Σωζόμενος ὁ καὶ Σαλαμίνιος, καὶ ὁ τῶν Κυρεστῶν προεδρεύσας σοφὸς Θεοδώρητος τῇ τετάρτῃ συνῳδὰ πρὸς μάλιστα ἰόν. ἔτι δὲ καὶ ὁ Ἀρειομανὴς Φιλοστόργιος· πρὸς δὲ καὶ ὁ τῆς προσηγορίας, οὗ μὲν δίχα τῆς προαιρέσεως καθαρὸς Σωκράτης. De quo plura qui voluerit, legat Euagr. multis locis, Photium codic. 28. & 30. Anastas. Bibl. in præfat. ad Hist. Eccl. Ioanni Diacono nuncupatam, Petrum Sicul. in Hist. de Manichæis, & sua ad Armenios legatione, vt recentiores prætercam, atque in iis Iacobum Billium Prunæum cap. 26. lib. 1. eruditissimarum Obseruationum sacrarum.

SVIDAS Lexicographus ad noſtrum etiam Syntagma pertinet: de cuius ætate lis inter eruditos nondum compoſita; aliis imperante Ioanne Zimiſca circa annum 970. vixiſſe aſſerentibus; aliis vero ad Alexij Comneni, filiive eius Caloioannis tempora demittentibus. Hoc certum, diuerſum prorſus eſſe a Suida, qui teſtibus Strabone, Scholiaſte Apollonii Rhodii, aliiſque; ſcripſit Genealogica & Theſſalica, ad quæ, vt arbitror, reuocari non incommode poſſunt, quæ de Eubœa citantur a Stephano, aut eius breuiatore Hermolao.

THALASSIVS citatur a Suida in Theophilo Indorum Epiſcopo Arianæ hæreſeos propagatore maximo, de quo vide Baronium ad annum 354. Θαλάσσιος πού φησι, verba ſunt Suidæ, aut alicuius potius Ariani, quem more ſolito exſcripſerit, ὃ ἐπ' οὐκ ὀλίγον τῷ ἀνδρὶ συγγενόμενος χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τοιαῦτα ψευδολογεῖν ὕποπτος ὤν. ἄλλοις τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλίγους τῶν κατ' αὐτὸν αὐτῷ συγγενομένων χρόνον τοὺς συμμαρτυροῦντας.

THEODORETVS Cyri in Syria Epiſcopus, quem Nicephorus in Præfat. vocat τὸν Κυρεστῶν προεδρεύοντα, vt modo planum fecimus. Vide Euagrium, Photium cod. 31. alioſque paſſim. Huius opera Græce & Latine prodierunt ante aliquot annos cura & ſtudio R. P. Iacobi Sirmondi, qui inter cætera, quibus editionem illam ornauit, Latinam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ verſionem recenſuit.

THEODORVS Anagnoſtes, ſiue Lector Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quem Suidas teſtatur ſcripſiſſe Hiſtoriam Eccleſiaſticam a Conſtantino Magno ad Iuſtinianum. Collectanea quæ habemus, ἀπὸ φωνῆς τοῦ Νικηφόρου τοῦ Καλλίστου, ab ore dictantis Nicephori circa annum 1320. ab aliquo Amanuenſi excepta, incipiunt a morte Theodoſii Iunioris vſque ad Anaſtaſium, licet ad calcem nonnulla quoque de annis ſuperiorum Impp. adiecta ſint. De eo, præter Suidam citatum videndus Nicephorus Calliſti, qui in Præfatione Hiſtoriæ patriam illius fuiſſe Byzantium docet, quanquam alio potius referri videantur verba illa, καὶ ὁ Βυζάντιος ἀναγνώστης Θεόδωρος. In catalogo librorum Leonis Allatii num. 40. habetur: *Theodori Lectoris Eccleſiaſtica hiſtoria tripartita ex Socrate, Sozomeno & Theodorito libris duobus, qua innumera prope loca dictorum auctorum corriguntur.* Verum in ea non eſt, quod quis Collectanea iam edita requirat, vt neceſſe ſit Theodorum hunc plures ſcripſiſſe Hiſtorias, aut plures extitiſſe Theodoros Lectores. Quod ſi quis luſtrare velit catalogos poſt Apparatum ſacrum Poſſeuini excuſos, incidet non ſemel in Theodori Lectoris alterutrum opus: Ecce tibi vel in vna Beſſarionis apud Venetos Bibliotheca pag. 35. *Epitome Hiſtoriarum Eccleſiaſticarum Theodori Lectoris & Philoſtorgij*, tum pag. 37. *Theodori Lectoris compoſitio Eccleſiaſtica e variis auctoribus.*

THEODORVS Daphnopates: ex Scylitza eiuſq; exſcriptore Cedr. in Prol.

THEODORVS Gaza de origine Turcarum ſcripſiſſe dicitur in catalogo librorum Allatianorum num. 44. Vidimus ſane breuem eiuſdem epiſtolam ad Franciſcum Philelphum, Latine redditam a Sebaſtiano Caſtal. Baſileæ excuſam.

THEODORVS Metochites magnus Logotheta, non erit ignotus iis, qui Gregoram, Cantacuzenum, Phranzem, alioſque legerint inclinantis ad ruinam Imperii Hiſtoricos, aut percurrere vel obiter voluerint Bibliothecarum codices MSS. in quibus multa adhuc premuntur eiuſdem opera inedita. Quid plura? e recentioribus conſulendi Meurſius, Voſſius, Allatius, &c. vt nihil dicam de Protreptico noſtro. Sunt & qui ſacram ipſius citent Hiſtoriam, quam mihi nondum vidiſſe fas fuit. Eiuſdem quoque meminit Codinus in recenſione offic. Palat. CP.

THEODORVS Mopſueſtenus annumeratur vetuſtioribus Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptoribus, quorum opera abſtulit rerum tempus edax, atque inuidioſa vetuſtas. Libros tres de Perſarum Magia viderat Photius, vt teſtatur cod. 81.

THEODORVS Sebaſtiæ Epiſcopus Ioanni Curopalatæ ac Georgio Cedreno memoratur inter eos qui nonnihil ad hiſtoriam pertinens poſt Theophanis

tempora conscripserant. Minus apposite dicitur a G. Xylandro Theodorus Aug. quemadmodum nec recte a Lango pro Hermia appellatus est Mercurius Soz.

THEODORVS Sidæ in Pamphylia Episcopus: hoc quippe sonant Græca illa verba in Prologo Ioannis Scylitzæ: *Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος, καὶ ὁ τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστίᾳ καθηγησάμενος ἐκκλησίας*, quibus verbis maximam partem pro more a Georgio Cedreno succisis in fraudem erroremque maximum impulsus est idem Guil. Xylander, cui in Latina interpretatione dicitur *Theodorus Sida oriundus.* De iisdem Xylandri hallucinationibus consule sis posteriores Notas ad Cedrenum R. P. Iac. Goar viri pietate ac doctrina præstantissimi.

THEODOSII Melitini Chronicon Manuscriptum Constantinopolia Stephano Gerlachio Tubingam allatum celebrat Martinus Crusius, atque ex eo fragmentum de nuptiis Theophili Imp. & Theodoræ ex Paphlagonia oriundæ proponit post Epitomen Æthiopicæ Heliodori historiæ de Theagene & Charicleа anno 1584. Francofurti editam, & variis obseruationibus locupletatam.

THEODOSIVS Zygomalas Nauplius sub finem superioris sæculi degebat Constantinopoli, vt ex Martini Crusii Turco-græcia, Theodori Dousæ Præfatione ad Georgii Acropolitæ Chronicon, aliisque didicimus.

THEOPHANES Byzantius, quo tempore vixerit necdum liquido scimus, quamuis mihi plane persuasum sit diuersum esse a Theophane Archimandrita ac Confessore. Vide Notas nostras ad eius Excerpta de bello Persico inter Iustinum Iuniorem & Chosroem pag. 110. Editionis Regiæ.

THEOPHANES Confessor, *ὁ ὁμολογητὴς* a Græcis dictus, & Præpositus cœnobii, cui nomen Agri inditum, Chronicon Georgii Syncelli a Constantino M. Imp. ad sua vsque tempora deduxit. De eo præter Anonymum continuatorem, qui iussu Constantini Porphyrogennetæ vitas aliquot Imperatorum adiecit, Ioannem Curopalatem, atque ex eo Cedrenum in Prologis, Michaelem Glycam sub finem tertiæ partis Annalium, aliosque Græcos Scriptores, qui multi sunt in eius laudibus prædicandis, consulendum tibi censeo ipsius Latinum Interpretem Anastasium S. R. E. Bibliothecarium in Præfatione Historiæ Ecclesiasticæ ad Ioannem Diaconem: *Porro de altero quid dicam? cum & eius conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit: qualiterve secutus Christum Abbatis in Monasterio Agri functus officio virtutibus fulserit, miraculis corruscauerit, & Confessor obierit, satis aperteque per Byzantium, & circumquasque regiones, his qui prope, & his qui longe sunt, clamet. Sed & studia eius ad nos vsque perlata, quis & quantus vir iste fuerit solertibus manifestaut*, &c.

THEOPHILVS Presbyter, commentarios in Leonis Imp. oracula de vrbe CP. edidisse perhibetur. Quid si de eo accipi debeant quæ habentur pag 62. Appendicis ad Apparatum sacrum, *Oracula omnia cum figuris, puta principium Methody Episcopi Patarensis, visiones Danielis Propheta, & Chosroæ Regis Persarum, & Theophili Presbyteri Romani translata a Georgio Zigabeno, prætereaque Leonis Philosophi & Imperatoris.* At de iis in Syntagmate vberius & accuratius fauentibus superis.

THEOPHYLACTVS Simocatta, genere quidem Ægyptius, sed in Græcia natus fuit: de quo Photius cod. 65. Suidas, Tzetzes, Eustathius, alii. Eius Historiam a R. P. Iacobo Pontano latinitate donatam, Notisque illustratam complectitur cum pluribus aliis primum hocce Volumen Historiæ Byzantinæ.

TRAIANVS Patricius Historicus citatur a Theophane in Chr. ad annum Valentis Imp. vlt. cuius verba ita se habent in cod. nostro MS. *Γρατιανὸς ὁ Αὔγουστος ἀντὶ Οὐάλεντος ἐνέδυσε Θεοδόσιον Αὔγουστον, καὶ ἀνηγόρευσε βασιλέα. καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κατὰ τῶν Γότθων πόλεμον. Γότθους δὲ ἐπιχωρίους τινὲς Σκύθας λέγεσθαι Τραϊανὸς ὁ Πατρίκιος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ φησίν.* quæ totidem pene vocibus reddidit Anastasius Biblioth. pag. 33. Edit. Reg. *Gratianus Augustus Theodosium Augustum induit, & appellauit Imperatorem,*

& contra Gotthos direxit. Gotthos autem vulgo Scythas dici Traianus Patricius perhibet in historia sua. Tria vero de eo præterea docet Suidas 1. floruisse sub Iustiniano Rhinotmeto, 2. breue Chronicon ac mirabile scripsisse, 3. fuisse Χριστιανικώτατον καὶ ὀρθοδοξότατον. Quæ eo fine copiosius a me relata sunt, & pressius inculcata, vt tantus vir eruditis recentioribus posthac ignotus esse desinat.

TROILVS Sophista, teste Suida, Constantinopoli docuit, scripsitque ciuiles orationes & epistolarum libros 7. An in iis, aut peculiari quadam historia scripserit de Nouæ Romæ Encæniis, atque ædificatione, quemadmodum auctor est Cedrenus, cui dicitur Τρωΐλος ὁ ῥήτωρ, ὁ πολλὰς ἀρχὰς μετὰ δόξης ἀνύσας, penitus ignoramus. Hoc vnum scimus iuuenem admodum extitisse tempore illo, quo ea *αὐτόπτης propriis oculis* vsurpasse dicitur circa annum Christi 330. si quidem idem sit, qui Sidæ in Pamphylia ortus cognatus fuit Philippi Sidetæ Presbyteri, vt ipse gloriabatur apud Socratem cap. 27. lib. 7. (vbi mendose Τρώφιλος ὁ σοφιστὴς, & in Latina versione *Trophilus Sophista* dicitur) & Nicephorum Callisti libri 14. cap. 29.

VALENS Astronomus Genethliacam figuram vrbis CP. descripsisse dicitur hactenus ineditam. Quod commentum forte recentiorum Græculorum, ne suus quoque deesset Nouæ Romæ natalibus Lucius Tarrutius Firmanus Mathemat. de quo Cicero lib. de diuin. altero, & in vita Romuli Plutarchus Chæton.

ZACHARIÆ Rhetoris Ecclesiastica Historia bis memoratur in Appendice ad Apparatum sacrum R. P. Antonij Posseuini, ex supplemento Gesnerianæ Bibliothecæ Antonij Verderij Domini Vallis Priuatæ, tum pag. 56. inter libros, qui CP. MS. erant apud Constantinum Barinum, tum pag. 62. inter codices Græce MSS. quos possidebat Ioannes Suzi, qui etiam habuisse perhibetur *Leonis Philosophi & Imperatoris Historias particulares, Ioannis Lectoris Magnæ Ecclesiæ veteris Romæ Historiam vitamque Magni Constantini ἰσαποστόλου, necnon Georgij Chumni Byzantini historiam Rhythmicam a principio rerum vsque ad Imperium Dauidis & Salomonis cum figuris in charta bibacina*, &c. sed fides sit penes auctores.

ZOSIMVS Comes & Aduocatus fisci, Ascalonita quibusdam recentioribus, aliis vero Panopolita dictus, non incelebris Historicus, si a maledictis in Constant. Magnum, virosque pietate Catholica florentes abstinuisset: sed Gentilis erat, & Eunapii Sardiani sedulus imitator. De eo Euagrius tum lib. 3. cap. 41. tum cap. vlt. lib. penult. Photius cod. 98. vbi inter cætera dicitur ἀσεβὴς τὴν θρησκείαν, καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν, Nicephorus Callisti lib. 16. cap. 41. aliique. Diuersus porro hic fuisse videtur tum a Zosimo Alexandrino Philosopho, qui Platonis vitam & χυμευτικὰ scripsit libros 28. tum a Sophista eiusdem nominis, patria Gazæo siue Ascalonita, qui sub imp. Anastasii commentarios in Demosthenem ac Lysiam Oratores elucubrasse dicitur a Suida, quem vide: nam de Historico, quod sciam nihil apud illum leges. Plura in Zosimi defensionem audaciuscule molitus est Leunclauius in Proleg. ad illius historiam, quæ extant pag. 625. Edit. Sylburg.

OMISSA, COMMISSA.

Quæ de Manuelis Comneni monastico habitu dicuntur a quibusdam recentioribus, melius quadrant in Palæologum ὁμώνυμον. pag 12. nom. XXI. scribe 1341 & in margine 1345. ac paulo post 1350. pag. 14 ἐγχώριον, pag. 31. pro Henrico, scribe Honorio III Sub finem Chronici, cuius menda in Notis numeralibus, si quæ sint, excusabit Lector eruditus, adde: *Nec omittenda Leonardi Chiensis Mitylenes Archiepiscopi de Vrbis CP. iactura & captiuitate epistola ad summum Pontificem Nicolaum V. data Chy 16. Augusti 1453. Extat quoque Isidori Cardinalis Rutheni Episcopi Sabinensis Legati Papæ breuis ad eundem epistola de expugnatione Constantinopoleos, vt nihil dicam de Naniis, complorationibus, similibusque Θρηνητικοῖς λόγοις prosa versaque oratione conscriptis.* In Delineatione Syntagmatis: adde pag. 42. Gemistum Plethonem omnium sui temporis hominum maxime historiam tractasse docet Gaza in epistola de origine Turcarum. pag. 46. Manuel ille Byzantinus prorsus mihi idem videtur cum Manuele Protospathario ac Iudice, qui Magistri Ioannis Curcuæ res strenue gestas octo libris complexus est, teste Cedreno in Constantino Porphyrogennetа pag 630. Editionis Regiæ, cui vt in ceteris præiuerat Ioannes Scylitzes, cuius verba exscribemus in Syntagmate. De Dorothei Chronica Synopsi vulgari lingua, quam ab aliquot diebus Venetijs delatam fuisse ad clarissimum virum Gilbertum Gaulminum accepi, cæterisque eiusdemmodi scriptis dicemus plura alias fauentibus Superis. pag. 22. lin. 7. tolle, vt. pag. 41. scribe, Χοῖρμα, & Eutychianus.

PARS TERTIA.

VRBIS CONSTANTINOPOLITANÆ,

QVALIS TEMPORE ARCADII ET HONORII FVIT,

DESCRIPTIO,

INCERTO AVCTORE.

REGIO PRIMA CONTINET IN SE,

DOMVM *Placidiæ Augustæ.* A
Domum nobilissimæ Marinæ.
Thermas Arcadianas.
Vicos siue Angiportus viginti nouem.
Domos centum decem & octo.
Porticus perpetuas duas.
Balneas priuatas quindecim.
Pistrina publica quatuor.
Pistrina priuata quindecim.
Gradus quatuor.
Curatorem vnum, qui totius regionis sollicitudinem gerat.
Vernaculum vnum, velut seruum in omnibus, & internuncium regionis. B
Collegiatos viginti quinque, qui e diuersis corporibus ordinati, incendiorum solent casibus subuenire.
Vico-magistros quinque, quibus per noctem tuendæ Vrbis cura mandata est.

REGIO II.

Regio secunda ab initio Theatri minoris per æqualitatem sui latenter mol- C li subleuata cliuo, mox ad mare præcipitiis abrupta descendit. Continet in se,

Ecclesiam magnam.
Ecclesiam antiquam.
Senatum.
Tribunal purpureis gradibus extructum.
Thermas Zeuxippi.
Theatrum.
Amphitheatrum.
Vicos siue Angiportus triginta quatuor.
Domos nonaginta & octo.
Porticus magnas quatuor.
Balneas priuatas tredecim.
Pistrina priuata quatuor.
Gradus quatuor.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos triginta quinque.
Vico-magistros quinque.

REGIO III.

Regio tertia, plana quidem in superiori parte, vtpote in eo Circi spatio largius explicato, sed ab eius extrema parte nimis prono cliuo, mare vsque descendit. Continet in se eundem

Circum maximum.
Domum Pulcheriæ Augustæ.
Portum nouum.
Porticum semirotundam: quæ ex similitudine fabricæ Sigma Græco vocabulo nuncupatur.
Tribunal Fori Constantini.
Vicos septem.
Domos nonaginta quatuor.
Porticus magnas quinque.
Balneas priuatas vndecim.
Pistrina priuata nouem.
Curatorem vnum.
Collegiatos viginti & vnum.
Vico-magistros quinque.

REGIO IV.

Regio quarta, a Milliario aureo collibus dextra læuaque surgentibus, ad planiciem vsque valle ducente perducitur. Continet in se idem

Milliarium aureum.
Augustaeum.
Basilicam.
Nymphaeum.
Porticum Phanionis.
Liburnam marmoream, nauali Victoriæ monumentum.
Ecclesiam siue Martyrium sancti Menæ. B
Stadium.
Scalam Timasij.
Vicos triginta duos.
Domos trecentas septuaginta quinque.
Porticus magnas quatuor.
Balneas priuatas septem.
Pistrina priuata quinque.
Gradus septem.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos quadraginta.
Vico-magistros quinque.

REGIO V.

Regionis Quintæ non modica pars, in obliquioribus posita locis, planitie excipiente producitur: in qua necessaria ciuitatis ædificia continentur. Continet in se,

Thermas Honorianas.
Cisternam Theodosianam.
Prytaneum.
Thermas Eudocianas.
Strategium, in quo est Forum Theodosianum, & obeliscus Thebaus quadratus. D
Horrea olearia.
Nymphæum.
Horrea Troadensia. [al. *Croadentia.*]
Horrea Valentiniana.
Horrea Constantiaca.
Portum habet Prosforianum. [al. *Probisphorianum.*]
Scalam Chalcedonensem.
Vicos viginti tres.

A *Domos centum octoginta quatuor.*
Porticus magnas septem. [al. *quatuor.*]
Balneas priuatas vndecim.
Pistrina publica septem.
Pistrina priuata duo.
Gradus nouem.
Macellos duos.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos quadraginta.
Vico-magistros quinque.

REGIO VI.

Regio Sexta, breui peracta planitie, reliqua in deuexo consistit. A Foro namque Constantini, Scalam vsque siue traiectum Sycænum, porrigitur spatiis suis. Continet in se,

Columnam purpuream Constantini.
Senatum eiusdem loci.
Neorium portum.
Scalam Sycænam.
Vicos viginti duos.
Domos quadringentas octoginta quatuor.
C *Porticum magnam vnam.*
Balneas priuatas nouem.
Pistrinum publicum vnum.
Pistrina priuata decem & septem.
Gradus decem & septem.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos quadraginta nouem.
Vico magistros quinque.

REGIO VII.

Regio septima, in comparationem superioris planior, quamuis & ipsa circa lateris sui extremitatem habeat (*al.* abeat) in mare decliuior. Hæc a parte dextera Columnæ Constantini, vsque ad Forum Theodosij, continuis extensa porticibus, & de latere aliis quoque pari ratione porrectis, vsque ad mare velut se ipsam inclinat, & ita deducitur. Habet autem in se,

Ecclesias tres, hoc est, Irenen, Anastasiam, & sancti Pauli.
Columnam Theodosij, intrinsecus vsque

ad summitatem gradibus perueniam.
Equites magnos duos.
Partem eiusdem Fori [Theodosiani.]
Thermas Carolianas.
Vicos octoginta quinque.
Domus septingentas vndecim.
Porticus magnas sex.
Balneas priuatas vndecim.
Pistrina priuata duodecim.
Gradus sexdecim.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos octoginta.
Vico-magistros quinque.

REGIO VIII.

Regio Octaua, ex parte Tauri, nulla maris vicinitate conterminata, angustior magis quam lata, spatia sua in longitudinem [latitudinem] producta compensat. Continet in se,

Partem Fori Constantini.
Porticum sinistram, Taurum vsque.
Basilicam Theodosianam.
Capitolium.
Vicos viginti duos.
Domos centum octo.
Porticus maiores quinque.
Balneas priuatas decem.
Pistrina priuata quinque.
Gradus quinque.
Macellos duos.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum
Collegiatos septendecim.
Vico magistros quinque.

REGIO IX.

Regio Nona, prona omnis, & in totum [notum] deflexa, extensi maris littoribus terminatur. Continet in se

Ecclesias duas,
Cœnopolim, &
Omonœam.
Horrea Alexandrina.
Domum Nobilissimæ Arcadiæ.
Thermas Anastasianas.
Horreum Theodosianum.
Vicos sexdecim.

A *Domos centum sexdecim.*
Porticus maiores duas.
Balneas priuatas quindecim.
Pistrina priuata quindecim.
Pistrina publica quatuor.
Gradus quatuor.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos triginta octo.
Vico-magistros sex.

REGIO X.

B Regio Decima, in aliud ciuitatis latus a Nona regione platea magna, velut fluuio interueniente diuiditur. Est vero tractu planior: nec vsquam præter maritima loca, inæqualis, longitudini eius latitudine non cedente. Continet in se,

Ecclesiam siue Martyrium sancti Acacij.
Thermas Constantinianas.
Domum Augustæ Placidiæ.
Domum Augustæ Eudociæ.
C *Domum Nobilissimæ Arcadiæ.*
Nymphæum maius.
Vicos viginti.
Domus sexcentas triginta sex.
Porticus maiores sex.
Balneas priuatas viginti duas.
Pistrina publica duo.
Pistrina priuata sexdecim.
Gradus duodecim.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos nonaginta.
Vico magistros quinque.

D

REGIO XI.

Regio Vndecima, spatio diffusa liberiore, nulla parte mari sociata est. Verum eius extensio, tam plana, quam etiam collibus inæqualis. Continet in se,

Martyrium Apostolorum.
Palatium Faccilianum : [Flaccilianum.]
Domum Augustæ Pulcheriæ.
Bouem æreum.
Cisternam Arcadiacam.

Cisternam Modestiacam.
Vicos octo.
Domos quingentas tres.
Porticus maiores quatuor.
Balneas priuatas quatuordecim.
Pistrinum publicum vnum.
Pistrina priuata tria.
Gradus septem.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos triginta septem.
Vico-magistros quinque.

REGIO XII.

Regio duodecima, Portam a ciuitate petentibus, in longum plana omnis consistit: sed latere sinistro mollioribus cliuis deducta, maris confinio terminatur: quam mœnium sublimior decorat ornatus. Continet in se,

Portam auream.
Porticus Troadenses. [al. *Troadeas.*]
Forum Theodosianum.
Columnam itidem intra se gradibus peruiam.
Monetam.
Portam Theodosianam. [*Portum Theodosi*]
Vicos vndecim.
Domos trecentas sexaginta tres.
Porticus maiores tres.
Balneas priuatas quinque.
Pistrina priuata quinque.
Gradus nouem.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos decem & septem.
Vico-magistros quinque.

REGIO XIII.

Tertiadecima Regio, Sycæna est, quæ sinu maris angusto diuisa, societatem Vrbis nauigiis frequentibus promeretur: tota lateri montis affixa, prætet vnius plateæ tractum, quam subiacentium eidem monti littorum tantum præstat æqualitas. Continet in se,

Ecclesiam.
Thermas Honorianas.
Forum Honorianum.

A *Theatrum.*
Naualia.
Domos quadringentas, triginta, & vnam.
Porticum maiorem vnam.
Balneas priuatas quinque.
Pistrinum publicum vnum.
Pistrina priuata quatuor.
Gradus octo.
Curatorem vnum.
Vernaculum vnum.
Collegiatos trigintaquatuor.
B *Vico-magistros quinque.*

REGIO XIV.

Regio sane [hæc] licet in Vrbis quartadecima numeretur parte; tamen quia spatio interiecto diuisa est, muro proprio vallata, alterius quodammodo speciem ciuitatis ostendit. Est vero progressus a porta modicum situ planus: dextero autem latere in cliuum surgente, vsque ad medium fere plateæ spatium, nimis pronus: vnde mare vsque mediocris hæc, quæ ciuitatis continet partem, explicatur æqualitas. Continet in se,

C *Ecclesiam.*
Palatium.
Nymphæum.
Thermas.
Theatrum.
[*Lusorium.*]
Pontem sublicium, siue ligneum.
Vicos vndecim.
Domos centum sexaginta septem.
Porticus maiores duas.
Balneas priuatas quinque.
D [*Pistrinum publicum vnum.*]
Pistrinum priuatum vnum.
Gradus quinque.

COLLECTIO CIVITATIS.

Cognita Vrbe per partes, fas est etiam situm conclusæ iam vniuersitatis aperire: vt magnificentiæ vnicum decus non solum videatur opere & manu confectum, sed etiam conspirantibus elementis, naturæ felicitate munitum. Prouidentia ergo diuina tot futurorum hominum domiciliis consulente, longo

tractu, In Promontorij qualitatem ſpa- A
cioſior terra, faucibus Pontici maris oppoſita, ſinuoſis portuoſa lateribus, anguſtior latitudine, circumflui maris tutela vallatur. Hoc quoque ſpatium, quod ſolum apertum maris circulus derelinquit, duplici muro acies turrium extenſa cuſtodit. Intra quas ſepta ciuitas, continet in ſe omnia ſingillatim memorata. Quæ nunc, ad firmioris memoriæ qualitatem ſummatim colle- B
cta referemus. Habet ergo vrbs Conſtantinopolitana

Palatia quinque.
Eccleſias quatuordecim.
Domos diuinas Auguſtarum ſex.
Domos nobiliſſimas tres.
Thermas octo.
Baſilicas duas.
Fora quatuor.
Senatus duos.
Horrea quinque.
Theatra duo.
Luſoria duo.
Portus quatuor.
Circum vnum.
Ciſternas quatuor.
Nymphæa quatuor.
Vicos trecentos viginti duos.
Domos quatuor millia trecentas octoginta octo.
Porticus quinquaginta duas.
Balneas priuatas centum quinquaginta tres.
Piſtrina publica viginti.
Piſtrina priuata centum viginti.
Gradus centum, decem & ſeptem.
Macellos quinque.
Curatores tredecim.
Vernaculos quatuordecim.
Collegiatos quingentos ſexaginta.
Vico magiſtros ſexaginta quinque.
Columnam purpuream.
Columnas intra ſe peruias duas.
Coloſſum vnum.
Tetrapylum aureum vnum.
Auguſteum.
Capitolium.
C *Monetam.*
Scalas maritimas tres.

Habet ſane longitudo Vrbis, a Porta aurea vſque ad litus maris directa linea, pedum quatuordecim millia ſeptuaginta quinque. Latitudo autem pedum ſex millia centum quinquaginta.

QVARTAM *Apparatus noſtri partem* LEXICO BYZANTINO *addiximus, in quo dictiones difficiliores ac Græcobarbaræ, quæ in omnibus Hiſtoriæ* CP. *Scriptoribus reperiuntur, ad Geographiam præcipue & Officia tum ſacra tum profana ſpectantes, breuiter ac dilucide, Deo dante, explicabuntur a nobis. Verum, quia, vt iam ſupra monuimus, ambitu ſuo quamplurima complecti debet vocabula quæ in codicibus MSS. conſepulta deliteſcunt etiamnum in Bibliothecis dicam, an* Βιβλιοταφίοις, *expectandum nobis fuit, donec obſtetricante eruditorum virorum induſtria publicam in lucem prodeant diu exoptata Hiſtoricorum illorum monumenta, & Regiis Typis excuſa per vniuerſam ſpargantur Europam, terantur que omnium manibus. Quod vt breui contingat, nec parcemus labori noſtro, nec ab aliis monendis vrgendiſque ceſſabimus.*

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS.

EGO STEPHANVS CHARLETVS Societatis IESV in Prouincia Franciæ Prouincialis permitto, vt *Protrepticon & prima Delineatio Apparatus Historiæ Byzantinæ* à P. PHILIPPO LABBE *nostra Societatis Sacerdote* conſcripta, & à tribus eiuſdem Societatis noſtræ Theologis approbata in lucem edantur. Datum Lutetiæ vltimo Februarij 1648.

STEPHANVS CHARLETVS.

